Salaria ſolent illico perſolui nu.668.
Statuta nonnulla recenſentur ſimilia noſtro capitulo n.669. & ſeq.
Salarium quo tempore preſcribatur de iure numer. 674. & ſeq.
Preſcriptio actionis ad rem mobilem fit prout rei mobilis num. 676.
Statutum noſtrum in foro fori eſt validum n.677
Princeps per proclama excludit creditorem non cōparen-

Digitized by Google

parentem infra certum tempus n.678.
Princeps tollit ius alterius per modum ſtatuti nulla data compenſatione n.679. & n. 692.
Statutum inducens preſcriptionem cum mala fide non tenet n.681. & ſeq.
Male fidei dicitur ſi ſciens debere non ſoluit n.682
Limita, quando debitor non eſt requiſitus ſoluere n.685. Et ſi oppoſitum dicat Couar. n.686.
Rex Siciliæ in ſuo Regno dicitur Monarcha n.688.
Papa habet beneficia omnia manualia n. 690.
Papa ſi transfert Epiſcopum de uno ad alium Epiſcopatum inuitum, dat bonum cambium n.691.
Limita, quando illũ transfert ex culpa ſua n.693.
Statutum noſtrum valet in foro poli n.694. Probatur n.695. & ſeq.
Licet oppoſitum teneant aliqui n.699.
Diſtingue n.701.
Lex iuſta approbatur à Deo n.697.
Lex quæ fundatur in preſumptione, an liget in foro concientię ceſſante preſumptione n.700.
Regis Conſiliarij non preſumuntur perdite concientię num. 702.
Statutum noſtrum eſt odioſum n.703.
Statutum noſtrum eſt reſtringendum n.717.
Preſcriptio an ſit contra naturalem equitatem num. 704. & ſeq.
Preſcriptio quadraginta annorum eſt odioſa n.707

Pre-

Preſcriptio ſuccedit in locum preſcriptionis 40. annorum n. 708.

Statutum cogens ad compromittendum eſt fauorabile num. 709.

Statutũ imponens finẽ litibus eſt fauorabile n. 710

Statutum cogens ad compromittendum comprehendit tam actorem quam reum n. 712.

Probemium indicat cauſam finalem n. 713.

Vſucapio eſt fauorabilis, licet aliqui oppoſitum teneant nu. 714. & ſeq.

Capit noſtrum quando fuit confectum n. 718.

Pragmatica ſola facti veritate inſpecta, quando fuit confecta nu. 719.

Statutum noſtrum non eſt abrogatum ex pragmatica Philippi II. de procedendo ſola facti veritate inſpecta nu. 722. & ſeq.

Preſcriptio quid ſit n. 724.

Preſumptio quid ſit n. 725.

F I N I S.

Digitized by Google

IN DEI NOMINE

INCIPIT COMMENTARIVM PRIMVM
Ad Capit. 62.

CATHOLICI FERDINANDI HISPANIARVM ET SICILIAE REGIS,

Auctore Sacerdote

D. BALDASSARE ABRVZZO

CASTRIBONENSE S. T. ET V.I.D.
Cauſarumque patrono
ſolertiſſimo.

A EPI-

Digitized by Google

Digitized by Google

EPITOME
Commentarij Primi.

Hoc in commentario capituli tenor inſeritur ſeruitij perſonalis nonnulla priuilegia recenſentur,& obiectio diluitur,ſtatuti validitas probatur,an ſit fauorabile quæritur, & à pragmatica Regis Philippi Secundi non reuocatum probatur.

INTERPRETATVRVS FERDINANDI Regis Catholici cap. 62 tamquam ſubiectum totius operis priori in loco tenorem cernentium oculis ſubnectere decreui;quod ita diſponit.

De ſeruitijs perſonalibus petendis infra quinquennium, vel annum poſt mortem debitoris.

1 ITEM ſupplica, + perche accade molte volte,che l'aduocati, medici, procuratori, ſollecitatori, aromatarij,cuſtorieri,zauatteri,& altri artiggiani,e perſone pretendino ſeruitij perſonali, che ſeruino di loro arte à

Digitized by Google

qualche perſona,etiam in vita di quello à cui è fatto lo ſeruitio, non li domandano coſa alcuna; ma eſſendo morti domandano loro mercede à loro heredi ignoranti di tali paghi, e ſeruitij; coſa che prima facie dimoſtra eſſere ingiuſta, perche ſi deue credere, che tali ſeruitij ſi debbano pagare incontinenti, ò infra breue tempo. Per tanto ſupplica detto Regno Voſtra Altezza proueda per legge vniuerſale, che quelli che ſaranno creditori di ſupraditti cauſi diquà inante detti perſone li quali in vita di quello à cui haueranno ſeruito, hauendo campato ad minus poi del debito per vn' anno non haueranno domandato la raggione di tali ſeruimento, che s' intenda, & preſuma eſſer ſatisfatto, e pagato, & non poſſa domandare coſa alcuna all' heredi di quello tali defunto: Et coſi ancora s'intenda in vita di quello ſi dette perſone haueranno ſtato per anni cinque à non domandare detta raggione, eccetto che di tali debito non ni foſſe ſtato fatto contratto, ò atto publico in lo quale caſo, etiam della morte ſi poſſa domandare non ſi trouando ſolutione, ò caſſatione d'eſſo atto publico Placet Regie Maieſtati.

CVM

Digitized by Google

CVM animaduerterem præſens ſtatutum,& ad Siculorum poſtulationẽ animum applicarem credebam profectò, Catholicum Regem Ferdinandum negatiuè petitioni reſponſurum potius quam affirmatiuè;cuius rei cauſa non ab re procedere cenſui, callebant enim Rex ipſe eiuſque proceres Iuriſprudentes præſcriptionem rem eſſe odioſam , Iuſtiniani ad inſtar *in l. fin. C. de annal. exceptio.* dicentis contra deſides homines & ſui iuris contemptores odioſè exceptiones oppoſitæ ſint. Hæc minus ignorabant ſeruitia perſonalia admodum fauorabilia in iure exiſtimari multiſque frui priuilegijs quorum nonnulla breuiter ex more recenſere putaui,tum ad legentium gratiam,tum ad ornatum præſentis capituli, quibus recenſitis Regis decretum obiectis non obſtantibus defendere conabor.

Primum igitur ſeruitij perſonalis piuilegium
2 ✠ illud eſſe cenſeo,vt eius cauſa meritò ſit ſummaria *ad tex.in l.1.in princip. ff. de var. & extraord.cognit.Rit.cap.133.Marant.in ſpecul. diſtin 9. nu.197.Aſin.in prax.Iudicio.§.3.cap.31.nu.35 & 36. allegans Bald.& Cardin.Maur.Burg. de mod. proced.ex abrup. quæſt.5.nu.126. Mut. ſup.rit.cap. 133. nu.11.Cum.ſup.rit.cap.38.nu.40.nonnihil ad notaui ad pragmat.vnicam de mod. proced.ſumm. p.1.cap.5.nu.72.vbi adduxi illud Matth.20.Voca*

ope-

operarios, & redde ſingulis mercedem ſuam.

II. Priuilegium, quo lætatur ſeruitium perſo-
3 nale ✝ illud eſſe putaui, vt eius cauſa ſit pluſquam ſummaria, & inter exequutiuas locum obtineat. *Cum. in prax. M. R. C. fol. 6. col. 1. Pract. Maring. notab. 187. ad Regni rit. n. 1. & ita ſcripſit Antonius de Virgilio coram Iudice eccleſiaſtico Ponente Tribunalis Regiæ Monarchiæ, cum voto M. R. C. ſedis criminalis, pro RR. Canonicis Don Andrea Boſcayno, & Don Andrea Chirco, contra Illuſt. Capitulum Maioris Eccleſiæ Panormitanæ;* quod merito confirmatur ex tertio infra notando priuilegio.

III. Priuilegium obtinens cauſa ſalarij, illud
4 non eſt ab re ✝ vt in eo taxando parte non çitata procedatur *Cum. ſup. rit. cap. 4. nu. 9. Milan. deciſ. 5. nu. 26. lib 1. Petr. de Greg. de dot. quæſt. 38. nu. 9. Marcheſ. in deciſ. Rot. poſt part. 2. de commiſſio. incipit licet in iure fol. 565. Caſtil. deciſ. 226. n. 3.*
5 ✝ Probatur primo, nam & ſi regulariter in quolibet actu iudiciario partis citatio requiratur, hoc tamen limitatur, ſi teſtis ad Iudicis informationem producitur *Bal. in l. non dubium col. 6. ff. de legib. Port. concluſ. 43. lib. 1. limit. 14. Cum. ſuper rit. cap. 80. nu. 1. & 2. Soccin. in tract. de citat. art. 7. nu. 10. Intrig. ſuper bull. quæſt. 14. n. 1. & 2. Milan. deciſ. 1. num. 114. lib. 2. Foller. ſup. bull. verb. tamquam*

quam nu.40.Maſtril.ad Petr. de Gregor. de cenſib. quæſt.6.nu.101. Mut. ſuper rit. cap.175.nu.4.& ſup.bull.nu.326.tom.5. Leonard.Cimin.ad pragm. Comit.Caſt. §.37.nu.3. quod meritò ſupponitur in dicta pragmatica diſponente, teſtes invim extremorum receptos, in cauſa oppoſitoria repetendos fore. At vero cum cauſa ſeruitij perſonalis ſit exequutiua, vt ſupra dixi, merito teſtes ad informationem curiæ recipiuntur ad effectum exequutionis fiendæ *iuxta tex.in cap. ritus 175.* & conſequenter parte incitata producuntur.

6 Probatur ſecundo alio ſimili ✠ quicquid ſit de iure comuni, in Regno noſtro contractus conditio, quod ſit purificata parte incitata probari ſolet, vt ipſe debite exequutioni mictatur *Cum.ſup.rit.cap.6.nu.102. Intrig.ſing.196. lib. 2.* vbi teſtatur de magis comuni noſtratum ſententia, & ita ſeruari *Maur.Burg.de laudim.p.3. inſpect.40.nu.65.Craſ.de exceptio.except.33. nu. 19. in*

7 *ſecunda impreſſione.* ✠ licet oppoſitum dixerit *Cum. ſibi contrarius in cap.ritus 24.nu.14.& ſeq.*

8 Probatur & tertio ✠ Intereſſe intrinſecum pro exequendo contractu partis citationem, in eo probando non requirit, *adnotaui in pragmat.*

9 *vnica de mod. proced. ſumm.p.1.cap.5.nu.100.* ✠ Et intereſſe quanti plurimi dicitur intrinſecum *Oſaſc.deciſ.pedem.128.n.12.Pract.Papien.in form.*

li-

libel. in actio. real. gloſ. & in florenis decem num. 4.
10 conducunt tradita per *Giurb. deciſ.* 72. *n.* 12. ✠ Et intereſſe, quod prouenit ex ipſa re, vt puta eſti-
11 matio, eſt intrinſecum, vt dicunt citati patres ✠ extrinſecum vero dicitur, quod accidit occaſione rei *Cum. ſup. rit. cap.* 21. *nu.* 44. Cumque teſtes de perſonali ſeruitio prętito deponentes dicant de intereſſe intrinſeco, vt potè prętio rei, ſequitur optimè parte incitata producti probare.

12 Hinc ✠ meritò refellitur *Pract. Maring. ſuper rit. notab.* 187. aſſerens ſalarium taxandum fore receptis prius teſtibus de ſeruitijs parte citata, & tradito termino dierum quatuor debitori ad incumbentias faciendum; nam loquitur contra co munem noſtratum ſententiam, *de qua ſup. nu.* 4. & ipſemet eo loci admictit ſalarij cauſam exequutiuam, in qua ſufficit teſtes producere parte incitata ad informationem curiæ vt ſupra *dixi num.* 5.

IV. Priuilegium, quo fruitur cauſa ſeruitij
13 perſonalis ✠ illud eſſe quam plures aſſerunt DD. vt ad illud perſoluendum nulla competat quindenæ dilatio *Cum. ſup. rit. cap.* 38. *nu.* 401. *recenter ſcip. Sapien. in addit. ad Intrigl. ſing.* 43. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 1. cui opinioni fauet ſacræ paginę
14 authoritas de qua *infra nu.* 21. ✠ At vero hac in re aliqui cenſent in cauſa ſeruitij perſonalis die-

dierum otto quindenæ dilationem competere *Coſm. Nepit. ad conſuetud. Catin. tit. 39. num.4.*

15 ✠ Reliqui autem, & verius putant ſeruitij perſonalis quindenam quatuor dierum curriculo contineri, ita in M.R.C. & in toto Regno ſeruari teſtatur *Pract.Maring.ad rit.notab.187.n.2.* prout pluries etiam ego ſeruatum vidi de qua re memini *in interpret. dictæ pragmaticæ p.1.cap.5. nu.170.*

V. Priuilegium, quod obtinet cauſa ſeruitij
16 perſonalis ✠ illud eſſe cenſemus, vt licet iudicium die feriata in honorem Dei exerceri nequeat, citrà nullitatis incurſum *iuxta tex.in l.1.2.&*
17 *3.ff. de fer.& cap.fin.de fer.* ✠ Cuius regulæ ampliationes,&limitationes ſi ſcire cupis adeas *Specul.tit.de fer. §.2. Addit.ad Vbert.de Bonacurſ.in pract.tit quib mod.ſuo nom. ciuil. verb. in caſibus fol.mihi 36.Vant.de nullit. tit. de nullit. ſenten.ex defect.iuriſd.ordin.nu.28.& ſeq.Cappel.Tholoſ.deciſ.158.Petr.de Greg. de cenſib. quæſt.6. nu.72.vbi Maſtril.in addit.nu.3.Hoſtien.in ſumm. tit. de fer. nu. 4.Maran.in ſpecul aur.p. 4.diſtinſ. 15. num. 83. & ſeq.vbi Foller. in addit. Ricc. coll. 24. Leyu.de exam. Epiſcop.lib. 8. cap. 10. Intrig.ſing. 80. num. 67. & ſeq. lib. 3. Scac. de Iudic. lib. 1. cap. 6. nu. 1. & ſeq. Maur. Burg. de mod.proced. ex abrup.quæ.25.me. ipſum in interpetract.pragm.*

vnic. de mod. procedend. ſumm. p. 2. cap. 1. num.
131. & ſeq. Mut. ad pragmat. tit. 17. num. 13.
Apicel. de ceſſ. bono num. 77.
18 Tamen dicta regula † fallit in iudicio conſe-
quutionis mercedis pro ſeruitio perſonali eme-
ritę, cuius iudicium die feriato optimo iure ſub-
ſiſtit *Mut. ad conſuetud. Panor. cap. 70. nu. 26.*
19 *Aſin. de exequut. §. 3. cap. 31. nu. 35.* † Quod in-
tellige in paupere operario carente vnde viuat
Caroc. in tract. de locat. & conduct. tit. de fer. nu.
4. Bonacoſ. de famul. queſt. 222. ſequitur Maur.
Burg. de mod. proced. ex abrup. queſt. 5. nu. 129.
20 Ratio eſt in promptu † quotieſcumque enim
pietas ſuadet, toties iudicium die feriata in ho-
norem Dei exerceri poteſt *cap. fin. de fer. erudi-*
tiſſimus Vir pater Franciſ. Suar. tom. 1. de religio.
lib. 2. cap. 29. quem refert, & ſequitur Victorel.
21 *in addit. ad Tolet. lib. 4. cap. 25. verſ. ſi occurrat* †
At vero pietatis eſt cauſa, vt miſerabili famulo
victo carenti ſubueniatur; *gloſ. fin. in d. cap. fin.*
de fer. Hoſtien. in ſum. tit. de fer. nu. 4. ob id ma-
nifeſte ſequitur pro mercedis iure iudicium die
22 feriato exerceri poſſe † Conducunt oracula
ſacrę paginæ, non obſcure diſponentia, vt opus
mercennarij non differatur *iuxta illud leuit. 19.*
(non morabitur opus mercennarij apud te vſquè
mane) & de toronom. 24. (non negabis mercedem

paupe

pauperis fratris tui, ſiue aduenæ, qui tecum moratur interra, & intra portas tuas; ſed eadem die reddes ei pecuniam laboris ſui ante ſolis occaſum, quia pauper eſt, & ex eo ſubſtentat amimam ſuam, ne clamet contra te ad dominum, & reputetur tibi ad peccatum) & Iob. cap. 4. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit ſtatim ei mercedem reſtitues, & merces mercennarij tui apud te omnino non remaneat.

VI. Priuilegium, quod habet cauſa ſeruitij
23 perſonalis eſt; ✠ vt licet tacita hypoteca non inducatur, niſi expreſsè in iure ſtatuatur; ſunt enim caſus ſpeciales, in quibus tacita hypoteca contrahitur de quibus *in tot. tit. ff. & C. quib. mod. pig. tac. contrah & Neguſan: de pignor.*
24 *4. memb. 2. p. 24. caſus enumerat:* ✠ Nihilominus pro mercede ſalarij tacitè hypoteca contrahitur *ex Bal. in l. 2. in fin. C. locat. firmat Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrup. queſt. 5. n. 130. ex Caual. de Tut. & curat. cap, 9. nu. 95 & 218. Felicia. in tract. de cenſib. tom. 2. lib. 3. cap. 5. nu. 11.* ad hoc allegans *Tiber. Decia. tenet Amat. Rodrig. de concurſ. & priuileg. credit. p. 1. art. 3. nu. 19.* licet oppoſitum dixerit *Alciat. de præſump.*
52 *reg. 3. præſumpt. 43 nu. 5.* ✠ Ideo tenendo priorem ſententiam, quam tuemur illius ratio eſſe poteſt, nam vel loquimur de ſalario pauperi laboranti

boranti debito, tunc cum ſuccedat loco alimentorum, ſicut alimenta habent hypotecam. *Lecian.conſ.* 108. *Felic. vbi ſup. nu.* 11.

26 + Vel ſalarium debetur iudicibus, doctoribus legentibus, aduocatis, vel alijs fauore publico ad ſeruiendum deſtinatis; & tunc illud fruitur dotis priuilegio, vt infra dicetur,

27 Et + ſicuti dos tacitam habet in bonis viris hypotecam, *ad text. in l. vnica §. & vt plenius C. de rei Vxor. act.* ita nec diſſimiliter & ſalarium prædictorum.

28 Ampliatur concluſio + vt ſalarium debitum aduocatis, Doctoribus legentibus, iudicibus, & ſimilibus, qui publica vtilitate conſtituti cenſentur non dum legalem obtineat hypotecam; verum quoque iure prælationis inductam, dotis ad inſtar *Bart. in l.* 1. *nu. fin. ff. ſolut. matrim. vbi Iaſ. num.* 51. *Bald. Ang. Rip. & vterque Socc.* qui loquuntur de ſalario Doctorum legentium, *Rebuf. de priuileg. ſchol. priuileg.* 118. vbi teſtatur ita deciſum *Maſtril. de magiſt. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 103. *ex Greg. Lop. ad l.* 11. *tit.* 8. *p.* 5. *Flor. de Men. lib.* 1. *var. queſt.* 8. *num.* 70. *in fine Gratian. diſcept.* 257. *num.* 17. *& ſeq. adnotauit Amat. Rodriq. de concurſ. & priuileg. credit. p.* 1. *art.* 3. *num.* 18. *Aretius in tract. de infirm. legan. p.* 1. *rubr.* 49. *nu.* 34. loquens de Medico, procuratore, aduocato, & notario, quem ſequitur *Maur.*

Burg.

Burg de mod.proced. ex abrupt. quæſt. 5. nu.139. Giurb.deciſ.198.n 10.loquens de aduocato in re, in qua præſtitit patrocinium *ſequitur Amat.in eiſdem terminis reſol.3.nu.10. tom.1.vbi nu.7.loquitur etiam de medico*, recenter *Scip.Sapie.ad Intrig.ſing.42.nu.41.lib.3.* loquens de aduocato, & plures alios antiquos & recentiores adducens.

29 Ampliatio prædicta limitatur ✠ non procedere in ſalario famuli, vel alterius priuatæ vtilitati deputati; nam & ſi priuilegio tacitæ hypotecæ fruatur; ius tamen prælationis non habet. *Amat.Rodriq. vbi ſup.*reijciens *Felicia.loc.relato*

30 appoſitum affirmantem ✠ Sublimita concluſionem in ſalario famulo propoſito alicui negotiationi, debito; ipſum enim in eo genere cæteris anterioribus creditoribus præfertur *ad tex. in l. interdum cum l ſeq. ff. qui potio. in pig.hab.Amat. Rodriq. loc. cit. nu.25.& 26.*

31 Hinc ex prædictis infertur primo ✠ quod dotis ad inſtar, ſi eodem die duo conficiantur inſtrumenta, quorum vnum ſit de ſalario Doctoris legentis, aduocati, vel alterius fauore publico conſtituti, præſumendum eſt prius altero in eſſe productum inſtrumentum prædicti ſalarij, *communiter DD. in d. l. 1. & præſertim Bart. Bald. & Alex. quos ſequitur Iaſ. ibib.nu.3.& in l. diem functo ff. de offic. aſſeſ. Alciat. de preſump. regul.3.*

præ-

preſump. 43. num. 5. Caroc. de locat. & cond. tit. de fruct. & lit. expen. 11. verſ. ampliatur quinto Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. d. queſt. 5. num. 135. Bartolom. Romole. in tract. de teſtat. præcep. bon. ext. famil. alien. probib. ſub num. 137.

32 Infertur ſecundo ✠ vt Aromatarius, qui perſonali ſeruitio mediante medicinas tradidit pręferatur creditoribus anterioribus, expreſſam hypotecam habentibus *Caual. deciſ. 32. num. 4. cum ſeq. p. 1. Surd. 112. nu. 7. & deciſ. 255. nu. 25. & per tot. Maſtril. deciſ. 10. nu. 10. per tex. in l. reſtituendæ C. de pet. hæred. vbi Bal. & Salic. ſequitur Ricc. col. deciſ. 9. & alij per Thor. in compend. deciſ. Neap. verb. expenſæ infirmitatis adde Monach. deciſ. Floren. 25. nu. 15. & in tract. de exeq. in veſt. cap. 8. nu. 15. & cap. 9. nu. 25. Rolan. conſ. 14. nu. 26. lib. 1. Neguſ. de pigno. p. 5. memb. 2. num. 25. Caſtil. deciſ. 103. num. 3. & 22.* vbi teſtatur ita deciſum.

33 Quod adeo verum cenſent ✠ vt Aromatarius præferatur dotis hypotecæ anteriori, vt putant *Monac. in d. tract. de exequut. in veſt. cap. 9. num. 26. Caſtil. d. deciſ. 103. num. 15. gloſ. in l. impenſa ff. de relig. & ſump. fune. Neguſ. loco citato num. 139. Ioſep. Ludou. deciſ. Perus. 78. Ricc. d. coll. 9.*

Li-

Limitant tamen aliqui prox mam concluſio-
34 nem ✝ quando dotis hypoteca anterior eſſet ex-
preſſa;nam tunc ſalarium medicinæ, doti non
præfertur *Neguſ.loco vt ſupra* quem aliorum au-
thoritate fultus ſequi videtur *Giurb. ad conſuet.*
35 *Meſſ. cap.* 13. *gloſſ.* 7. *num.* 4. ✝ ſed oppoſitum
cenſent *Maſtril. deciſ.* 10. *num.* 9. *Caſtil. d. de-
ciſ.* 103.*num.*16.

36 Sed an ✝ prædicta ſolum procedant in ſala-
rio medicinæ vltimæ infirmitatis adeas *Coſt. re-
med.ſubſid.* 53. *Fachin. lib.*2. *controuer. Iur. cap.*
49. *Viſcon.in add. ad de franch. deciſ.*51. *Monach.
d.cap.*8.*n.*27. *& ſeq.*

VII. Priuilegium, ſeruitium perſonale con-
37 cernens ✝ illud eſſe cenſetur,vt obligatus ad ſer
uitia perſonalia bonis cedere nequeat, *Alphon.
in cap.* 190. *rit. noſtri*, *Maur. Burg. de mod.pro-
ced.ex abrup. quæſt.* 5. *num.* 132. *Craſ.de except.
excep.* 17. *num.* 49, rationem aſſignans, quia te-
netur ad factum, *ex Blaſ. Lanz. & alijs Cum.
ſup. rit. cap.* 95, aſſerens idem procedere de iure
comuni, *Mut.ad rit. cap*, 190, hoc tribuens priui-
legio perſonalis ſeruitijs, *Luc. Matth. Apicel. de
ceſſ. bono. num.* 45. clarius rationem aſſignans,
ob id enim per ceſſionem liberatio alicui con-
tingit, quia alias non ſit ſoluendo, & impoten-
tia ſoluendi efficit, vt quis cedendo bonis excu-
ſetur;

ſetur; verum qui ad factum tenetur, in eo ceſſat huiuſmodi impotentia, ſi modo factum explere poteſt; ergo cedendo non erit immunis.

Sed circa prædicta duplex oritur difficultas,
38 ✠ Prima, pone quod qui tenetur ad ſeruitium perſonale, ex legitimo impedimento ad ſeruitium præſtandum reddatur impotens, an pro intereſſe talis ſeruitij non præſtiti bonis cedere
39 poſſit? Et negatiuè videtur reſpondendum, ✠ intereſſe enim illud loco ſeruitij ſubrogatum cenſetur, & ob id eius aſſumit naturam *ad tex. in §. fuerat Inſt. de actio. l. eum qui §. iniuriarum vbi Bart. ff. ſi quis cautio. & in l. 2. C. de condit. ob cauſ. DD. in l. certi conditio ff. ſi cert. pet. latiſſimè Ant. Gabr. comun. concl. tit. de reg. Iur. concluſ. 2. nu. 1.*

40 Quibus non obſtantibus, ✠ dicendum puto pro tali intereſſe debitorem bonis cedere poſſe *Salic. in l. 1. quæſt. 5. C. qui bon. ced. poſ. Cum. loc. cit. nu. 25.* allegans pro auum ſuum, ac rationem adducens, ex quo illud intereſſe effectum eſt debitum merè pecuniarum *Apicel. loco relato nu. 49, allegans Bal. in l. 1. num. 4, C. qui bon. ced. poſ. Iaſ. in §. fin. verſ. tertio fallit, Inſt. de actio.* ex quo in tali intereſſe quod præſtari ne-
41 quit adeſt impoſſibilitas. ✠ Hinc non obſtat ratio in oppoſitum allegata: regula enim illa ſubro-

rogatum habere naturam eius in cuius locum ſubrogatur limitatur, quoties inter ſubrogatum & illud in cuius locum ſubrogatur diuerſa conſideratur ratio *Gabr. loco cit. num.* 48.*&* 78. Et diuerſa viget ratio inter ſeruitium perſonale, & intereſſe talis ſeruitij, quod aliquo impedimento præſtari nequit, nam in primo viget poſſibilitas præſtandi, in ſecundo vero militat impoſſibilitas, & ita in ſpecie reſpondet *Cum. vbi ſup. num.*25.

42 Secunda oritur difficultas, ✝ an ſicuti debitor ſeruitij perſonalis bonis cedere nequit, ita quoq; debitor ſalarij prædicti ſeruitij;& videtur affirmatiuè reſpondendum; primo quia in iuditijs æqualitas eſt ſeruanda *gloſ. in cap. cum inter priorem, verb. claudicare de except. tex. eſt in l.* 1. *C. de fruct. & lit. expen. Giurb. deciſ.*3.*num.* 4. *& ſeq.* vbi ratione æqualitatis ſeruandæ erempta inſtantia conuentionis, perimit quoque reconuentionis, *& deciſ.* 47.*num.* 11. *& ſeq.* vbi in iudicio conſultationis ſicut actor poteſt probare per teſtes, ita & reus, *Caſtil.deciſ.* 30.*nu.* 12. *& ſeq.* vbi reſtitutio in integrum æque negatur ſpoliato ac ſpolianti *Vinc. de Franc. deciſ.* 136. *num.* 3. *&* 5. aſſerens clauſula appellatione remota æque intelligitur de actore, ac de reo, ne ad imparia iudicentur *Iuliu.Cartar.deciſ.crim.*

C 78.*nu.*

78. *n.* 20. *et ſeq.* dicens quod ſicut contra iudeum non poteſt monitorium excomunicationis expediri, cum ſit extra gremium Eccleſiæ, ita neque ad eius inſtantiam debet exorari *Gail. lib.* 1. *obſeruat* 91. *num.* 14. aſſerens quantum temporis actori fuit conceſſum, tantumdem reo indulgendum, *Cum. ſup. rit. cap.* 38. *num.* 107. *Mut. ad rit. cap.* 176. *num* 13. *& in addit. lit.* D. dicentes quod pecuniola ſicut debetur reo conuento pauperi, ita actori.

43 Secundo probatur, ✠ priuilegium indultum vni ex litigantibus, alteri quoque aduerſario cen
44 ſetur conceſſum *d. l. fin. C. de fruct. & lit. exp.* ✠ Hinc capitulum 85. Regis Caroli cogens coniuntos ad compromictendum æque comprehendit actorem, ac conuentum, *ex Blan. de compro. queſt.* 4. *num.* 58. *Lanfran. de Arbit. in* 7. *p. queſt.* 45. *Anib. ſup. pragmat. Neap. odia col.* 4. *verſ. adde quod in tex. noſtro, & ex alijs DD. Intrigl. ſing.* 190. *lib.* 1. *Burg. de laud. p.* 3. *inſpect.* 24. *nu.* 3. eodem modo ſicut qui debet ſeruitium perſonale bonis cedere nequit, ita ſimiliter qui tenetur ſoluere ſalarium prædicti ſeruitij nec bonis cedere poſſe dicendum eſt. Confirmantur prædicta ex ſtilo M. R. C. in cuius litteris ceſſionis bonorum benefitio amoueri ſolent qui aſtringuntur debiti ex ſeruitio perſonali vinculo. Sed

tu

tu cogita, cum diuerſa ſit ratio debitoris ad ſeruitium,qui tenetur ad factum, & ceſſione admiſſa ſeruitium explere poteſt vt ſupra dixi: ſecus accidit in debitore ſalarij, cuius paupertate vrgente illud ſoluere nequit; ideo in priori caſu poſſibilitas, in poſteriori viget impoſſibilitas: At durum eſt recedere à ſtilo M. R. C. qui poteſt ſubſtineri ex priuilegio mercedis ſeruitijs perſonalis.

VIII. priuilegium, quo fruitur ſalarium ſer-
45 uitijs perſonalis ✝ illud eſſe cenſui, vt quamquam quis pro debito ab vncia infra regulariter mancipari nequeat; ſi tamen tenetur ad ſeruitia perſonalia carceribus obſtringi poterit,non ſubobſcure diſpoſuit *Alphonſus in noſtro rit. cap.125. Cum. in cap. rit. 30. num. 24. Mut. in cap.rit. 190. num. 12. & in d. cap. rit. 125. nu. 7. Nepit. ad conſuet. Catin.tit.39.n.2. Maur.Burg.de mod. proced.ex abrup. quæſt.5.nu. 133. Pract. Maring. ſup. rit.not.132. n.3.*

46 IX. Priuilegium, ✝ quo letatur ſalarium ſeruitij perſonalis illud eſſe putaui, vt in generali guidatici, & dilationis conceſſione minimè intelligatur debitum ex ſeruitio perſonali ortum habens, *adeſt pragm. 4. cit. de dilat. & reſcrip. p. 1. in antiq. & prag.2. tit.de verb. ſignif.d.p.1. adnot.Mut.ſup. d. pragm.4.n.81.& ſup. rit.cap.190.*

num.13.Burg. de mod. proced. ex abrup. quæſt. 5. nu.134. allegans Rebuſ. de dilat.annal.art.1.gloſ. 1. *nu.*27.aſſerens quem non poſſe ſe lætari litteris quinque annalibus, ſi eſt debitor ex labore perſonali, cum maior ſit perſonæ labor, quam rerum, *ex Caroc. in tract. de locat. & cond. verb. de beneplacito queſt. 16. Luc. Matth. Apicel. in tract.de quinquen. dilat. tit.1 nu. 121. verſ. idem dicendum.*

47 X. eſt priuilegium ſalatij ſeruitij perſonalis, ✝ vt licet regulariter debitoribus ſoleat concedi beneficium dimidij ſolidi; hoc eſt, vt medietas ſalarij debitoris vtilitati; alia vero creditorum ſatisfactioni applicetur, ne debitor pauper inedia

48 perire cogatur, ✝ Beneficialis pauperis ad inſtar, qui alieno ęre oppreſſus creditoribus & ſibi ſatis eſſe non poteſt, ob id dimidiatur prębenda, cuius pars pro eius congrua ſubſtentatione, reliqua pro creditorum ſatisfatione erogatur *Calder. conſ. 30. de preben.* Iaſ. *in l. commodis num. 2. ff. de re iud. Emilia. Mar. Manol. in addit ad Bertach. verb. ſacriſt. p. 5. fol. 7. col. 3. Mut. ſup.*

49 *pragmat. tit. 18. num. 2.* ✝ Verum debitori ſeruitij perſonalis beneficium dimidij ſolidi non indulgetur *pragm. vnic. tit. de beneſ. dimid ſolid. in antiq. vbi Mut. n. 12. et ſup. rit. c. 190. n. 13. Mau.*

50 *Burg. de mod. proced. ex abrup. que. 5. n. 136.* ✝ Ampliatur

pliatur

Digitized by Google

pliatur concluſio, tam in debitore ſeruitij perſonalis, quam etiam indebitore mercedis talis ſeruitij, vt habetur in dicta pragm. ibi, *aut ſeruitijs perſonalibus eis preſtitis*, vel quod ſint obligati ad ſeruitia perſonalia, quos conditor pragmaticę excludit a benefitio dimidij ſolidi.

51 XI. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium perſonale, ✠ illud eſſe cenſemus, vt à ſententia condemnatoria ſuper mercedè lata appellari ſuſ

52 penſiuè nequeat, *ex Ann. ſing. 42. Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. queſt. 5. num. 339* ✠ *&* merito, cum ſeruitij perſonalis cauſa ſit exequutiua *vt ſupra dixi priuilegio* 2. in exequutiuis au tem appellatio ſuſpenſiua non admictitur. *Iaſ. in l. edicto num. 29. C. de edict. Diu. Adriani toll. Petr. de Greg. de cenſib. queſt. 6. nu. 61. verſ. ex quibus verbis Feder. Capix. ſup. bull. num. 31. Mut. ad rit. cap. 116. num. & ſuper cap. 37. Regis Ioannis Ricc. coll. deciſ. 1907. Amat. reſol. 74.*

53 XII. Priuileginm, quo vtitur ſeruitium perſonale ✠ illud eſſe putaui, vt contra ruſticos mercennarios, alioſque ſeruitia perſonalia præſtantes, accuſationes non admictantur; niſi ſoluta prius mercede, vel penes curiam depoſita *iuxta diſpoſitionem prag. 1. nic. de accuſat. non recip. cont. præſt. ſeruit. perſ. p. 1. in antiq. que repetitur in cap. Regis noſtri Ferdiuandi 73. meminit Maur. Burg.*

Burg. de mod. proced. ex abrup. quæſt. 5. *nu.* 140. *idipſum aduertit Pract. Maring. ſup. rit. not.* 187.
54 *nu.* 5. ✠ Ampliatur concluſio, vt non ſolum intelligatur de operarijs conductis anno continuo; verum quoque pro die, qnod optimè colligitur ex mente pragmaticæ, quę generaliter lo-
55 quitur, vt *not. ibidem Mut. nu.* 3. ✠ Hæc refragantur *Bal. conſ.* 112. *lib.* 1. *Tuſc. verb. laboratores concluſ.* 1. aſſerentes: priuilegium conceſſum laborantibus intelligitur indultū laborantibus anno continuo; nam præcitati patres, *vt not. Mut.* loquuntur in diuerſis terminis videlicet, ad hoc vt laboratores gaudeant benefitio habitantium.
56 Limitatur concluſio primo ✠ quotieſcumque accuſatio eſſet concreta, & clara, ac propoſita per viros fide dignos, & calumniare non ſolitos maximè contra famulos alias de delictis inquiſitos *Mut. loc. cit. nu.* 10. quod mihi ſatis arridet, cum finis pragmaticæ ſit calumnioſas accuſationes auferre, & de imaginato crimine inquiſitiones de medio tollere, vt patet in illis verbis, *qui demum pro mercede calumniam perſoluunt & ne mercedem expoſcant de aliquo imaginato crimine eis deferunt*; Vnde, cum in caſu limitationis præhabitæ, ceſſet finalis cauſa pragmaticæ eius diſpoſitio ceſſare debet, vt probaui in
57 *lect. pract. ad tex. in l.* 1. *quæſt.* 109. *nu.* 1264. ✠
li-

Digitized by Google

Limitatur ſecundo concluſio prædicta, vt licet criminaliter mercedis ſolutio impediri nequeat; ciuiliter tamen rationabili ex cauſa differri poteſt *Mut. vbi ſup. n.13 & 14.*

XIII. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium per-
58 ſonale, ✠ illud eſt adnotatione dignum, vt familiaris Epiſcopi, ei non ſubditus ab illo ordinari poſſit, ſi per triennium cum eodem fuerit commoratus, & benefitium quacumque fraude ceſſante re ipſa ab Epiſcopo fuerit ei collatum *C.*
59 *T. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 9.* ✠ Quod ampliatur primo, vt in triennio imputetur commoratio, & familiaritas, tam poſt quam dominus fuit Epiſcopus, quam etiam ante, ita declaraſſe ſacram Congregationem Eminentiſſ. Cardinalium *teſtatur Mart. Forn. in tract. de ordin. cap. 5. num. 11. Vener. de exam. Epiſcop. lib. 1. cap. 11. n. 39.*
60 ✠ Ampliatur ſecundo; vt non ſolum poſſit familiarem ſuum ordinare; verum quoque famulum familiaris ſui ex *Sanch. in opuſc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 20. num. 24. Ledeſm. in ſum. tom. 2. de ſacram. ord. cap. 5. poſt. 9. concluſ. Dian. p. 4. reſol. Moral. tract. 4. reſol. 145.*
61 Limitatur primo ✠ prædicta concluſio in Epiſcopo Titulari, qui etiam prętextu familiaritatis continuæ, & commenſalitatis abſque ſui proprij Prę lati expreſſo conſenſu, aut literis dimiſ-

miſſorijs ad aliquos ſacros, aut minores ordines, vel primam tonſuram ordinare nequit, vt habetur in *C. T. ſeſſ. 14. de reformat. cap. 2. notauit*
62 *Forn. lo. ci.* ✝ Limitatur ſecundo, ſi ille familiaris non commoretur cum Epiſcopo, ſed fuerit abſens alibi, & ſumptibus Epiſcopi vixerit, *Addit. ad Diaz in pract. Crim. cap. 26 ſequitur Victorel. in addit. ad Forn. loc. relato verſ. familiarem ſuum.*
63 Sed obicies primo; ✝ Hoc nullum videtur eſſe priuilegium, imo odioſa diſpoſitio contra familiares inducta, cum requirat duo copulata, & benefitij collationem ac triennij familiaritatem; & nihilominus, ex ſola beneficij collatione quis ab Epiſcopo loci benefitij ordinari poteſt, cum ei ſubiciatur; *tex. eſt ad literam in cap. cum nullus de tempor. ordin. lib.*
64 *6.* ✝ quod ęque procedit in tenui beneficio *Garſ. de Beneſ. tom. 1. p. 2. cap. 4. nu. 8. Enriq. lib. 10. cap. 22. §. 1. iuncta gloſ. lit. E, Barboſ. de iur. Pontif. lib. 1. cap. 33. nu. 38.* allegans Sacram. Eminentiſ. Cardinalium Congregationem in vna Ianuenſi 18. Martij 1628, que loquitur in beneficio redditus duorum ſcutorum annualium *Sanch. in opuſc. tom. 2. lib. 7. cap. 1. dub. 22. num. 7. Dian. p. 4. reſol. moral. tract. 4. reſol. 51.*

Reſpondeo indultum prædictum ſatis vige-
65 re, ✝ ex quo *C. T. d. cap. 9.* procedit quando Epi-

Epiſcopus familiari confert beneſitium exiſtens extra propriam diœceſim: nam ſi beneſitium eſt in propria diœceſi, ſtatim familiarem ordinare poſſet, ex *Petr. Ledeſm. in ſum. tom.* 2. *de Sacra. ord.cap.* 5. *poſt.* 9. *concluſ. Sanc. in opuſc.tom.* 2. *lib.* 7. *dub.* 20. *nu.* 25. *adnotauit Dian. part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 143. Tex vero *in d. cap. cum nullus* procedit, cum Epiſcopus confert beneſitium exiſtens in eius diœceſi, ibi (*ſiue in cuius Diœceſi Beneſitium obtinet eccleſiasticum*) Accidit perſepe, vt vnus Epiſcopus habeat beneſitium extra propriam diœceſim, exempli gratia, Montis Regalenſis Archiepiſcopus obtinet eccleſiam monialium in Vrbe Panormi.

66 Obicies ſecundo, ✠ nullum videtur eſſe priuilegium familiaritatis, ex quo, ſi quis accedat ad habitandum in alicuius Epiſcopi Diœceſim animo perpetuo commorandi, & transferat maiorem partem bonorum, ſtatim poteſt ab eo Epiſcopo ordinari *Sanc. de matrim. lib.* 3. *diſput.* 23. *n.* 2. quem ſequi videtur *Pat. Vincent.*

67 *Cand. diſquiſ. moral. diſquiſ* 3. *art.* 24. *dub.* 5. ✠ & non immeritò ex quo quis ordinari poteſt ab Epiſcopo in quo habet domicilium *d. cap. cum*

68 *nullus*; ✠ & domiciliũ acquiritur ſtatim ac quis transfert in loco maiorem partem bonorum, & habet animum perpetuo commorandi, nec re-

quiritur aliqua temporis intercapedo, *gloſ. in l. domicilium, verb. domicilium ff. ad Mancip. Sanc. loc. cit. Guttier. de matrim. cap. 63. Mut. deciſ. 81. num. 10. Caſtil. deciſ. 96. num. 14. & in addit. Vener. de exam. Epiſcop lib. 1. cap. 12. num. 35. Marcel. Vulp. in prax. cap. 7. num. 25. Eman. Sà in Aphoriſ. confeſ. verb. Epiſcopus num. 36* adeas late differentem *Barboſ. alleg. 4. de poteſt. Epiſ.* Si igitur familiaris Epiſcopi habeat animum perpetuo commorandi penes eum, & ibi transferat maiorem partem bonorum, ſi expectanda eſſet triennij dilatio, conciliaris diſpoſitio potius odioſa, quam fauorabilis Epiſcoporum famulis redderetur.

69 Hęc refragatur dicere, ✠ nonnullos tenere ad domicilij mutationem requiri lapſum decennij *Decian. lib. 4. tract. crim. cap. 16. num. 8. Afflic. deciſ. 384. vbi Gram. & alij Adde Menoch. conſ. 80. num. 14. & 15. Surd. conſ. 313. nu. 71. Franc. Benn. in faſc. crim. §. iudicium quan. crim.*

70 *& quan. ciuil. cenſ. num. 11.* ✠ & ad minus in Regno noſtro requiritur ſpatium ſex menſium *ad tex. in cap. 72. Regis Alphonſi,* vbi Meſſanenſes ſi ſteterint per ſex menſes extra Meſſanę Vrbem non gaudent foro Meſſanenſi, ita reperio fuiſſe deciſum in M. C. in cauſa Spectab.

71 Baronis, & Baroniſſę Vcrię. ✠ Quandoquidem prę-

prædictis recté replicari poteſt, dupplicem dari domicilij mutationem, veram, & preſumptam; Vera dicitur, quando quis declarauit ſe velle perpetuò habitare, & hęc ſtatim acquiritur, ſi transferat maiorem partem bonorum: Pręſumpta vero, eſt ſi non declaratur animi votum, & tunc requiritur aliqua temporis intercapedo pro varia DD. opinione *Mut.d. deciſ.* 81. *num.* 8. *& ſeq.*

72 Reſpondeo, ✠ familiarem Epiſcopi (vt in plurimum accidit) non contrahere domicilium penes Epiſcopum, cum non ſit præſumendum habere animum perpetuò commorandi: Nemo enim præſumitur perpetuò operas ſuas locare; ob id ille cenſendus eſt ſcholaris ad inſtar, qui quocumque temporis ſpatio in loco ſtudij habitauerit domicilium non acquirit. l. 2. *C. de incol. lib.* 10. Ideo firmum remanet priuilegium, cum familiaris regulariter non contrahat domicili-

73 um ✠ ſed ſi ſcire cupis quomodo acquiratur domicilium ad effectum contrahendi matrimonium, vt quis illud coram proprio Paracho contrahere dicatur adeas *Caſtil. deciſ.* 96. *& in addit. Candid. loc. cit. Dian. p.* 3. *reſol. moral. tract.* 4. *reſol.* 231.

74 XIV. Priuilegium ſeruitij perſonalis, ✠ illud eſſe putaui; quod licet regulariter priuilegium

per non vſum amictatur, *l. 1. ff. de nund.* cuius regulæ ampliationes, & limitationes ſcire cupiens adeat *Ricc. coll. deciſ. 274. & 681. Viſcon. concluſ. Iur. verb. priuilegium Ann. ſing. 40. Menoch. de præſump. lib. 1. cap. 41. Theod. alleg. 30. Camil. de Medic. conſ. 64. Nouar. de grauam. Vaſſ. grauam. 101. nu. 5. & grauam. 56. nu. 7. & ſeq. lib. 1. Mauritz. Apicel. alleg. 8. Gaill. obſeru. 60. lib. 2. 2. Coſt. conſ. 2. nu. 74. vbi Placit. filius in add. Maſcard. de probat. concluſ. 1215. Gizzarel. deciſ. 70. Giurb conſ. 19. nu. 77. & ſeq & conſ. 59. nu. 9.*
76 *& ſeq & nu. 44. & ſeq.* ✝ tamen dicta regula fallit fauore ſeruitij perſonalis, pro quo præſtitum priuilegium per non vſum amictitur *Butr. & gloſ. in cap. priuilegia de priuileg. Tap. in l. fin. de conſtit. Princip. cap. 1. p. 6. num. 8. Rimin. Sen. conſ. 388. nu. 8. & 9. Bellug. in ſpecul. Princip. rubr. 47. §. ſciendum num. 6. Calder conſ. 1. de præſcrip. Gabriel. conſ. 151. nu. 11. vol. 2. Surd. conſ. 419. nu. 3. Coſt. conſ 2. nu. 77. Maſtril. deciſ. 96. nu. 8. Giurb. conſ. 59. nu. 43. Ricc. coll. deciſ. 679. verſ. & primo & coll. 681. verſ. limita ſecundo,* ſubdens ad tẽpus tale priuilegiũ ſuſpendi poſſe, allegans *Creſc. deciſ. 21. Rot. Rom. de priuileg.*

XV. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium perſo-
77 nale, ✝ illud eſſe cenſetur, vt licet regulariter donatio ingratitudinis cauſa reuocari poſſit, *ad tex.*

tex. in l. fin. C. de reuoc. donat. tamen ſi ſit ob ſeruitia, maximè perſonalia reuocari nequit, iudicatum teſtatur *Boer.deciſ.27.Ricc. coll. 679. verſ. ſecundo Ludou.Rom. ſing. 514.* aſſerens hoc mente tenendum *Clar.in §.donatio quæſt.21. nu. 4. Rolan.conſ.13.nu.60. lib 3. Tiraq. in l. ſi vnquam verſ. donatione largitus num.12. Rom.conſ. 36. nu.8. Gozad. conſ. 50. nu. 10. Gram.deciſ.65. nu.24. Curt.Senio.conſ.66.n.2.Eman.Suar. recept. ſent. verb.donatio nu.239.& 240. Iaſ.in l. ſi non ſortem §.libertus nu.12. ff. de condit.ind.Fontanel. de pact. nupt. clauſ.4.p.4.gloſ. 10. nu.89. Guttier. de gabel. quæſt.4. nu. 9. Capic. deciſ.121. num.16. Coſt.conſ.1.nu.61.Giurb. conſ.19. num.89. Duen. reg. 224. ſub nu.4. Gabriel.tit.de donat. concluſ. 1. nu. 67.* vbi teſtatur de comuni *Alex. conſ. 101. lib.1. Beltran. conſ.154. num.5. lib.3.Rebuf. conſ. 147. Surd.conſ.419. Foming.conſ.32.nu. 31. Decian.conſ.25.nu.34. lib.1. Ludou. Caſſan. pro immunitate gabellæ Vrbis Meſſanæ contra Regium Fiſcum in allegationibus in lucem æditis nu.167. Mant.conſ.51.Curt.Iun.conſ.142. n.6.Palat.Ruu. in rubr. de donat.int.vir.& vx.§.50.num.6. Hipp. Rim. in princip. Inſt.de donat. num. 107. Gabel.de euictio §.4.nu.5.Intrig.ſing.88.nu.40.lib.3.*& tamquam omnium abortiuus *Oinot. Auth.damnatus, ſed ex purgatione permiſſus in §.ſciendum num.11.*

Inſt.

Digitized by Google

Inſt. de donat. tex. eſt ad literam junct. gloſ. in l. ſi pater §. ſi quis aliquem ff. de donat. vbi ſi quis aliquem à latrunculis, vel hoſtibus eripuit, acceptum pro eo irreuocabile fit, nam merces laboris eximij appellanda eſt, *vbi gloſ. in verb. irreuocabilis*, habet etiam ingratitudine ſequuta.

78 Illud tamen aduertere curaui ✝ quod ſeruitia debent veritate niti. Hinc donatio ob merita in perſonas, aut ſolidi non campaces, vel omnino incapaces collata, vt puta in infantes nullius eſt momenti *ex Alex. in l. ſi donatione nu. 4. C. de collat. Iaſ. & Dec. in l. petens C. de pact. Caſſan. in rubr. 7. §. 5. nu. 49. ad conſuetud. Burg. Tiraq. in d. l. ſi vnquam d. verb. donatione largitus nu. 71. & ſeq. Socc. conſ. 91. nu. 9. lib. 1. Beltran. conſ. 164. n. 2. lib. 5. Eman. Suar. loco cit. nu. 246.*

Sed pone, quod priuilegium, ſiuè donatio fuerit indulta pro tot ſeruitijs, donantis beneplacito perdurante; exemplum eſt *in cap. 85. Regis Caroli*, cogente coniunctos ad compromittendum, an vita functo donante ceſſet donatio? Et

79 videtur affirmatiue reſpondendum; ✝ primo quia, beneplacitum, & voluntas morte concedentis finitur *l. 4. vbi gloſ. & Bart. ff. locat. Ber. conſ. 212. num. 20. lib. 3. Marſil. ſing. 394. incipit beneplacitum Gabriel comm. concluſ. tit. de preben.*

80 *concluſ. 1. nu. 22.* loquitur in gratiam; ✝ Et ob

id

id confeſſarius, ab Epiſcopo beneplacito perdurante, vita functo approbante fidelium confeſſiones audire nequit *Ang. in ſum. verb. confeſſio §.5. num.14. Eman. Rodriq. in explicat. bull. cruciat. p.1. §.9. nu.33. Steph. Quar. in ſum. bull. verb. capitulum ſede vacante verſ. ſecundo dubitatur nam habens Luc. Floro. de caſib. reſeru. cap.4. §.12. nu.5.*

Secundo conducit pro hac ſententia, ad dic-
81 tum Regni cap. proſpiciendo, + comunis DD. diſtinſio; quod aut beneplacitum reſpicit perſonam concedentis; & eo mortuo expirat; aut vero reſpicit dignitatem, vel officium indulgentis, & tunc eo decedente non finitur, ex quo officium, vel dignitas numquam perit *ex Maſcard. de probat. concluſ.188. nu.5. Menoch. de arbitr. quæſt.69. nu.9. & ſeq. Rim. Iun. conſ.821. firmauit Maur. Burg. de med. proced. ex abrup. quæſt. 87. num. 14. & 15. Bart. in l. centeſimis §. ſi ita ſtipulatus nu. 9. vbi Iaſ. num.13. ff. de verb. oblig. Couar. lib.3. var. reſol. cap.15. num.2. plures adducit Iul. Cart. deciſ. crim. 5. nu.22. ſubdens hanc diſtinctionem à DD. comuniter eſſe receptam nec vllum reperiri contradictorem Mobed. deciſ.13. de conſtit. Ricc. coll. 510. Graſ. lib.4. deciſ. aur. cap. 2. nu.29. Egoipſe in lect. pract. ad tex. in l. 1. quæſt. 9. num. 158. ff. de off. eius cui mand. eſt Iuriſd.*

hanc

hanc diſtinſionem agnouit *Sereniſſimus Ioannes Siciliæ Rex cap.* 106, & probatur expreſsè *in cap. ſi gratioſe de reſcript, in 6. ibi, poſſes vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum retinere, huiuſmodi gratia per eius obitum, per quam ipſius beneplacitum omnino extinguitur eo ipſo expirat Secus autem ſi vſque ad Apoſtolicæ Sedis beneplacitum gratia concedatur prædicta; tunc enim, quia ſedes ipſa non moritur, durabit perpetuo niſi a ſucceſſore fuerit reuocata*. Huc vſque tex. At in caſu poſito videtur conceſſionem Regis eſſe ad beneplacitum perſonæ: nam habet, durante ſuo
82 Regio beneplacito, ✠ dictio enim ſuo concernit perſonam, & non dignitatem. *Ioan. de ligna. in cap.* 1. *de reſcrip. lib. 6. Matth. in clem.* 1. *de probat. ſequitur Capic. deciſ.* 136. *nu.* 2, *ex quampluribus Iul. Cart. loco relato nu.* 23.

Hæc in aliquo refragatur dicere, quod illa dictio ſuo adiungitur nomini Regis, & ob id magis videtur referri ad officium, & dignitatem,
83 quam ad perſonam. ✠ Nam ſi bene aduertatur verior eſt ſententia, quod ſi Rex ſub nomine Regis diſponat, adhuc beneplacitum ad perſonam potius, quam ad officium refertur *gloſ. in d. cap. ſi gratioſè verb. ſuæ, quam ſequuntur ibi Archid. Ioan. de Anan & Anchar. Couar. loco cit. qui teſtatur de veriori Capic. d. deciſ.* 136. *nu.* 3. *Iul.*

Cart.

Cart. d. deciſ. 5.nu. 26. & probatur expreſsè *ex tex. in d. cap. ſi gratiosè*, vbi benefitium conceſſum à Romano Pontifice ad eius beneplacitum per eius obitum, eo ipſo expirat; & tamen ſub nomine Romani Pontificis conceditur. Sic etiam in caſu poſito mortuo Rege, eius indultum expiraſſe videtur.

84 Quibus minimè refragantibus ✝ veritas ſe habet in oppoſitum, vt mortuo Carolo Rege conditore viribus ſubſiſtat præfatum capitulum *In-*
85 *trigl. ſing. 137. lib. 1. Bolognet. conſ. 2. nu. 9.* ✝ nam & ſi, beneplacitum perſonale regulariter morte concedentis extinguitur; actamen ſi iungitur rei ex ſui natura perpetuæ, tunc concedentis interitu non finitur *Clem. Romani §. eo tamen prouiſo de elect. Maurit. Apicel. alleg. 24. num. 89. & ſeq. Gabriel. d. concluſ. 1. nu. 34. & 35. Ioſep. Xibec. in-*
86 *ter conſ. Bolognet. conſ. 3. nu. 125. & ſeq.* ✝ At vero clauſula ad beneplacitum in d. cap. adiecta, & ſi fortè ad perſonam Regis dirigeretur, cum reſpiciat ſtatutum, quod ex ſui natura dicitur perpetuum, & morte ſtatuentis non expirat ad tradita per *Mut. in probem. capit. Reg. nu. 5. Burg. l. c. nu. 17.* ſequitur quod prædictum beneplacitum non fuerit extintum morte Regis ſtatuentis, nec ſimiliter donatio ob ſeruitia beneplacito concedentis perdurante conceſſa morte do-

E nantis

nantis expirat.

His ſic labitis, non obſtant in contrarium adducta,
87 ✠ & primo *tex. in d. l. 4.* nam loquitur de beneplacito perſonali, *vt not. gloſ. & Bero. locis cit.* At vero in caſu poſito, beneplacitum refertur ad officium, & dignitatem, vt infra patebit in
88 ſolutione ad ſecundum argumentum. ✠ Hæc minus refragatur illud ſimile de confeſſore electo ad beneplacitum Epiſcopi: nam ſi beneplacitum reſpiciat officium mortuo Epiſcopo non expirat iuriſdictio confeſſarij *Graſ. loco cit. nu. 29.* & alij paſſim.

Nec aduerſatur ſecundum argumentum: etenim in primis beneplacitum perſonale non extinguitur morte concedentis, ſi adiungitur rei
89 ex ſui natura perpetuæ, vt ſupra dictum eſt. ✠ Vlterius illa verba ad Regium beneplacitum, vel proferuntur à diſponente, vel à tertia perſona; ſi à diſponente, tunc beneplacitum refertur ad perſonam; ſi verò à tertio, tunc refertur ad officium *Capic. d. deciſ. 136. nu. 7. Iul. Cart. d. deciſ. 5. nu. 22. & 23.* In caſu poſito verba fuerunt à tertio prolata, nempè à Secretario: nam in calce *capit. 100. eiuſdem Regis Caroli* adeſt concluſio priuilegij, quo cum reliquis approbatur, & confirmatur prædictum capit. à Rege; ergo ſignum eſt, quod decreta Capitulorum, non fuerunt

90 runt ſcripta manu Regis, ſed ſecretarij. ✠ Confirmatur, ex quo Siciliæ Reges non ſubſcribunt ex conſuetudine eorum priuilegia *Gugl. de Pern. conſ. 3. verſ. non obſtat ſi dicatur, & conſ. 23. Bolognet. conſ. 1. nu. 61. Aloyſ. Caſſan. in allegat. in lucem æditis pro immunitate gabellæ ſerici Vrbis Meſſanæ contra Regium Fiſcum Glorit. in eadem cauſ. p. 1. nu. 45.*

91 Reſpondetur vlterius, ✠ quod aliud eſt dicere ad Regis beneplacitum; aliud ad regium beneplacitũ; primũ tãquã quid concretum perſonalitatem deſignat: ſecundum vero, vt quid abſtractum ab hoc, vel illo Rege officium reſpicere cenſetur, conducunt ſubtiliter tradita per *Couar. loc. cit.* Cumque in caſu poſito, clauſula ad beneplacitum non ſit Regis, ſed regium; ſequitur, vt referatur ad officium, & dignitatem, & non ad perſonam.

Illud pro complimento prædictæ regulæ, vt beneplacitum morte concedentis expiret adno-
92 tare curaui ✠ limitari regulam, ſi dicatur donec fuerit reuocatum, vel quamdiù concedenti placuerit *Fum. in ſum. verb. gratia nu. 9. Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſ. verb gratia nu. 7. Bolognett. conſ. 2. nu. 11. Ioſep. Xibec. inter conſ. Bolog conſ. 3. nu. 124. Apicel. alleg. 24. nu. 88.* De huius propoſitionis veritate adeas *Ant. Gabr. com. concluſ.*

Digitized by Google

tit. de præben. concluſ. 1. ex nu. 26.

XVI. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium
93 perſonale, illud eſſe videtur, ✠ vt licet vxor quicquid habuerit de bonis viri, tranſiens ad ſecunda vota filijs primi matrimonij ſeruare te-
94 neatur *l. fæminæ C. de ſecun. nup.* fauore ✠ tamen ſeruitij perſonalis, quod vxor in remunerationem ſeruitiorum à primo viro accepit, diſpoſitum eſt, ne ſubiaceat vinculo, *tex. in d. l. fæminæ ita Bal. ibid. in 2. lect. in princip. verſ. Item nota vbi Rip. quæſt. 17. Beltran. conſ. 175. col. 2. vol. 2. Gabriel. comun. concluſ. tit. de ſecund. nupt. concluſ. 1. num. 43. & ſeq. Boer. deciſ. 185. num. 10. Sanc. de matrim. lib. 6. diſput. vlt. concluſ. 1. vbi Vinc. Ricc. in comp. verſ. limita concluſionem, Vinc. de Franch. deciſ. 428. quem ſequitur Ricc. coll. deciſ. 679. verſ. tertio, ex Soccin. lib. 3. Pariſ. conſ. 95. nu. 13 lib. 2.* tenet *Vrſil. ad Aff. deciſ. 44. nu. 29.* Sed quotuplex ſit ſeruitium vxoris, erga mirum infra Deo dante iterum redibit ſermo priuilegio...

XVII. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium
95 perſonale, illud eſſe cenſemus, ✠ vt licet de iure Regni quælibet, quamuis minima donatio inſinuari debeat, alias, quo ad tertij præiuditium viribus non ſubſiſtat, vt diſponitur *à Rege noſtro*
96 *Ferdinando cap. 61.* ✠ Fauore tamen ſeruitij, maximè

ximè perſonalis donatio illius cauſa facta inſinuatione non indiget *Bart. in l.Aquilius regulus num. 3. & ibi gloſ.verb.non meram ff. de donatio Socc. Iunio. conſ. 77. num. 152. lib. 2. Clar. in §. donatio queſt.16. n.6. Pariſ.conſ. 69. n.96. lib 3. Alex. conſ. 12. col. 2. lib. 1. & conſ. 113. in fin. lib.* 2. vbi teſtatur de comuni opinione *Hipp. Rie min. in §. 1. nu. 471. & ſeq. Inſt. de donat. Anto-Gabriel.com. concluſ. tit. de donat. concluſ. 1. num. 65. Cauar. de inſinuat. quæſt.45. Duen. Reg.224. fall.4. Tiraq. in l. ſi vmquam verſ. donatione lar. gitus nu.143. C. de reuoc. donat. Intrig. ſing.160. lib. 1. Miſing. cent. 4. obſeru. 75. Ricc.coll. 679. verſ. quarto, & coll. 177. Aloyſ. Caſſan. in allega. tio. in lucem æditis pro immunitate gabellæ Vrbi Meſſanæ contra Regium Fiſcum nu. 246. Caballs de euictio. §. 4. nu. 5.* & tamquam omnium abortiuus *Oinot. Author damnatus, ſed expurgatione permiſſus in §, aliæ nu. 33. Inſt. de donat.*

97 Amplia concluſionem, ✠ vt non ſolum procedat ſi donatio fiat ob ſeruitia præſtita; verum quoque ob ſeruitia præſtanda *Bart. in d.l. Aquilius Alex. d. conſ. 113. nu. 31. lib. 6.* qui teſtatur de comuni *Gabriel. loc. cit. nu. 66. Clar. vbi ſup.*
98 *nu.6.* ✠ licet oppoſitum dixerint *Apoſtil. ad gloſ. in d. l. Aquilius Oinot. Author damnatus, ſed ex*
99 *purgatione permiſſus loco cit. nu. 35.* ✠ Limitatur

con-

concluſio, vt in eo in quo donatio excederet merita, indiget inſinuatione *Gabriel. loco relato num.68. Duen. vbi ſup. Intrig. loco cit.* conducunt tradita *per Sanc. de matrim. lib.6. diſput.6. vbi Ricc. in compend. verſ. tertio. Miſing. d. obſer. 75. cent. 4. ex alijs Oinot. Author damnatus ſed ex purgatione permiſſus nu.35. in d.§. aliæ.*

XVIII. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſſe
100 cenſemus ✠ vt licet Prouinciam moderantes donare nequeant *l. vnica §. Prouincias C. de contract. Iudic.* quod diſpoſitum puto, ne donationibus exhauriti ſubditos grauare inducantur;
101 ✠ Fauore tamen ſeruitij perſonalis cauſa illius donare poſſunt, *l. Aquilius Regulus ff. de donat. iunt. gloſ. in verb. non meram*, vbi Aquilius Regulus, quam Reipublicæ præeſſet Nicaſtrato Preceptori donauit; valuit donatio, ex quo verum officium magiſtri quadam mercede remuneratum Regulum reddidit, circa quod adeas *Mayn. deciſ. Tholoſ. 97. lib. 2. Ricc. coll. 679. verſ. quinto.*

XIX. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſſe cen-
102 ſeo, ✠ vt licet regulariter clericus, cum ſit ipſe miles eccleſiaſticus, militis ad inſtar focariæ ſuæ concubinæ donare nequeat *ad tex. in l. 2. C. de donat. int. vir. & vxo. vbi Bart. Bal. Salic. & alij DD. poſt Riccar. Malumb. Addit. ad gloſ. ibid.*

Pa-

Panor. in cap.1. num. 4. de cleric. egrot. Vener. in exam. Epiſcop. lib.5. cap. 12. nn. 49. Hoſtienſ. in ſum. tit. de donat. num 3. Decian. lib.6. tract crim. cap. 21. n. 24. Nouar. deciſ. 141. num. 4. & ſeq. Craſ. de effect. cleric. eff. 19. num. 20. Addit. ad Oinot. Authorem damnatum ſed ex purgatione permiſſum in §. aliæ nu. 56. Inſt. de donat. ✠ Cuius regulæ ampliationes, & limitationes ſcire cupiens adeat *Graſ. lib. 3. deciſ. cap. 4. num. 9. Rom. conſ. 43. Crauet. conſ. 229. vbi Stracc. in addit. Vrſil. ad Affl. d. c. ſ. 102. num. 2. Rolan. conſ. 98. lib. 3.* & latius quam cæteri *Cras d. eff. 19. per tot.*

104 ✠ Tamen regula prædicta limitatur, quoties clericus donat concubinæ, ob accepta ſeruitia tunc enim validè donat *Affl. deciſ. 102. vbi Vrſil. num. 7. & alij Adden. Capic. deciſ. 102. vbi etiam Adden. Ricc. coll. 791. & coll. 679. verſ. ſexto Tiraq. in l. ſi vnquam verb. donatione largitus nu. 23. C. de reuoc. donat. Menoch. conſ. 39. nu. 57. Craſ. d. eff. 19. nu. 40. Intrigl. ſing. 88. nu. 47. lib. 3.* qui loquitur in milite.

105 Sublimitatur autem prædicta limitatio, ✠ quod cum agatur de genere prohibitorum ex ſola clerici aſſertione de ſeruitijs legitimè non conſtat, ſed aliunde conſtare oportet *Affl. & Capic. loc. laudatis. Ricc. d. coll. 791. Graſ. d. eff. 19. nu. 43. ſubdens num. 51.* quod ſi res donata excedit

Digitized by Google

cedit ſeruitia ſubſtinetur donatio, in eo in quo æquiualet ſeruitijs, in reliquo vero vitiatur.

XX. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium perſonale, illud eſſe cenſui, ✠ quod licet indultum
106 ſonale, illud eſſe cenſui, ✠ quod licet indultum Principis debeat à ſucceſſore confirmari, ad quod teneri aſſerit *Nouar. de grauam. Vaſſal. grauam. 178. num. 1. lib. allegan. Rebuf. in l. 2. num. 2. per illum tex. C. de Curial. Vrb. Rom. lib. 11. & Rouit in prag. 1. num. 2. de priuileg. Vniuerſ.*
107 ✠ Quæ confirmatio priuilegij fieri debet Principis ſubſcriptione *l. ſancimus C. de diuerſ. reſcrip. ibi (manu noſtra ſubſcripta) vbi Bal. Crauet. conſ. 277. Rip. reſponſ. 90. Eman. Sà in Aphoriſ. confeſſ. verb. gratia nu. 21.* vbi quid in foro concientiæ. Licet in Regno Siciliæ Reges noſtri, ex conſuetudine priuilegia manu propria non
108 ſubſcribant, *vt ſup. dixi priuilegio 15.* ✠ Fauore vero ſeruitij maximè perſonalis, priuilegium cauſa illius conceſſum confirmatione non eget *Viu. deciſ. 206. ſequitur Ricc. coll. 679. verſ. ſepti-*
109 *mum.* ✠ Succeſſor enim tenetur ſtare donationi ob ſeruitia per prædeceſſorem factæ latiſſimè. *Ludouic. Caſſan. in alleg. in lucem æditis pro immunitate gabellæ ſerici Vrbis Meſſanæ contra Regium Fiſcum Gramat. deciſ. 65. num. 24. & ſeq. Giurb. conſ. 32. num. 7.* qui loquitur in ſucceſſore dignitatis *Peregrin. de Iur. Fiſ. lib. 6. tit. 1. num. 10. Rimin.*

min. Iunio.conſ.556 nu, 107.Coſt.conſ. 23.nu.41. Capic.deciſ.121. num.1. Rolan.conſ.1. num. 40.& & ſeq. lib 2.

XXI. Priuilegium, quo gaudet ſeruitium per-
110 ſonale, illud eſſe arbitror, ✝ vt licet regulariter quicquid filiusfamilias acquirat, patri acquiſitum eſſe cenſetur §. *igitur Inſt.per quas perſ.nob.*
111 *acq. l.cum oportet. C. de bon. quæ liber.* ✝ Tamen quicquid ſeruitio perſonali, ſiue per induſtriam ſuæ perſonæ filius acquiſierit, patri ſaltem quo ad dominium non acquiritur *Panor. conſ.36. n. 2. p. 2. Aretin. in d. §. igitur nu. 3.* vbi putat eſſe aduentitium *Turret. conſ.58. num.3. vol.3. Cappel. Tholoſ. deciſ. 10. Giurb. ad conſuetud. Meſſ. cap.7. gloſ. 4.nu.1.* vbi labore, & induſtria acquiſita, ſunt bona filij, licet vſus fructus ad patrem pertineat.

112 Ampliatur concluſio, ✝ vt filius familias lucrum, quod ſua induſtria queſiuit, fratribus mortuo patre comunicare non tenetur; nè quod ſuis laboribus acceſſit, ad alios proueniret, *ex Rom. conſ. 3. in princip. Corn. conſ. 105. num.2. lib. 3. Grat. conſ. 104. num. 11. lib. 2. Bero. conſ.161. nu. 23. lib.2. Beltran. conſ. 284. nu.2 lib.5. Dec. conſ. 27. in fine & conſ. 651. nu.2. & conſ. 670. in princip. Cephal. conſ 69.nu.10.* notauit optime *Becc.conſ.113.nu.15.Roland. conſ.90.nu.12.lib.2.*

loquens de acquiſitis ex officijs, ſalarijs, mercaturis, & alijs artificijs *Port. in §. acquiritur nu. 3. Inſt. per quas perſ. nob. acquir. Guid. Pa. conſ. 26.* qui loquitur de filio familias notario, *per optimè Bar. in tract. de duob. fratr. n. 2. recenter Pater Ant. Dian. p. 4. reſ. mor. trac. 4. reſol. 66.* vbi loquitur de filio familias cauponis, mercatoris, & ſimilium, & ſi parenti ſeruiat poſſit ſalarium ab eo exigere, *allegans Laym. in Theolog. moral. lib. 3. ſect. 5. tract. 4. cap. 8. nu. 6. citans Leſſ. Nauar. Lopez. & Ang.* & in filio familias aduocato, loquitur *tex. in l. fori tui C. de aduoc. diuerſ. Iudic. & in l. cum aduocatio C. eod.* vbi acquiſitum occaſione ſeruitij mortuo patre, cum alijs fratribus comunicare
113 non tenetur, ✝ Et licet *tex. prædicti* loquantur de aduocato ex publico ſalariato; hoc ipſum intelligitur ſi ſalarium habeat à priuatis, cum ſubrogetur loco publici ſalarij *gloſ. in d. l. fori tui verb. caſtrenſe Petr. de Montefor. in gloſ. conſtit. Regni hac edictali de ſalar. aduocat.* gloſ. ſequitur *Cin. Bart. Bal. Ang. Salic. & alij in d. l. fori tui idem Cin. Bal. & Iaſ. in l. fin. C. de inof. teſtam. Bart. in l. fin. per illum tex. C. de ſilen. lib. 12. Aufr. ad Cappel. Thol. deciſ. 10. nu. 2. Hippolit. Rimin. in §. 1. nu 57. Inſt. per quas perſo. nob. acq.* vbi quatuor pro hac ſententia rationes aſſignat, improbando *ſpecul.* oppoſitum ſentientem.

XXII.

Digitized by Google

XXII. Priuilegium ſeruitij perſonalis, illud
114 eſſe cenſeo, ✠ vt licet regulariter hæredes pro debitis prædefūcti pro rata teneātur *l.2.C.de hæred. actio.* ad cuius ornatū adeas *Bal. Nouel.de dot.8. p.priuileg.81.Vinc de Francb. deciſ. 203.Maſtril. deciſ.224.nu.11.Gizzarel.deciſ. 52.Ricc.coll.528. Anton. de Virg. de legit. perſo. cap. 12. Apicell. al-*
115 *leg.9.nu.27.Amat. reſol.13.nu.37.* ✠ Actamen dominus directus pheudi pro ſeruitio perſonali poteſt ſeruitium militare petere à quolibet hęrede pheudatarij, quem elegerit, *poſt And. de Inſer.Affl. in cap.omnes filij nu.45.ſi de pheud.fue.*
116 *contro.int.dom.& agnat.* ✠ Tamen caſus in Regno noſtro facilè accidere nequit, ex quo *Federicus Rex cap.28.* intuitu ſeruitiorum Baronibus indulſit, pheudum poſſe alienare, eo tamen integro permanente, vnde pheudum diuidi nequit *Boniorn in allega. ſpaccaſurni in p.queſt.verſ primo.* & in cauſa montis mellis incipiente decima verſ. quinto item interpretatum *Ram. Ramund. in allegatio. pro Vniuerſitate Ramettę contra Baronem Bauuſi Cannet. ſup cap. volentes nu. 155. & 156. Cum. in cap. ſi aliquem verb. eodem ordine nu.4. latè Mut. ſup.d.cap.28. Regis Federici nu. 241. & ſeq.Caſtil. deciſ.12. nu.28.* & alij paſſim.

XXIII. Priuilegium ſeruitij perſonalis in eſ-
117 ſe producitūr, ✠ vt licet iuramentum regulari-

Digitized by Google

ter non plenè probet, *gloſ. in l. cum de indebito verb. legitimis ff de probatio. & in l. fin. §. licentia vbi Iaſ.nu.2.in fine C.de iur.delib.& in §.quatrupli verb.dupplicatur Inſt. de actio. vbi Iaſ. nu.* 40.ex pluribus de comuni teſtatur *Plot.de in lit.*
118 *iuran. §. 2.nu.31.* ✠ Tamen fauore ſeruitij perſonalis,ſi quis ab aliquo fuerit dolo malo vulneratus ſolo iuramento prætium operum amiſſarum, & ſeruitij deperditi rectè probabit; *l. ſi quando vbi Iaſ. nu. 57. verſ. numquid C. vnd. vi. Plot. de in lit. Iuran. §.41. nu. 12. & §.40. nu.1. ampliat.* 1.

Cæterum circa prædicta,dupplex oritur dif-
119 ficultas ✠ Prima, quid ſi ſine dolo fuerit vulneratus, ſed caſu fortuito, an vulnerans teneatur ad expenſas curationis,& ad ſalarium ex amiſſo ſeruitio perſonali debitum? Et reſpondeo,quod ſi ex leui, vel leuiſſima culpa vulnus fuerit illatum,vulnerans non tenetur, ſi vero ex lata culpa vtique tenetur *Azor. p. 3. lib. 5. cap. 3. quæſt. 9 Leſſ.de iuſtit. lib.2.cap.9. dub. 117. nu. 115. ſequitur Dian. p. 5. reſol. moral. tract. 9. reſol. 46.*
120 *verſ. ſed ex ſupradictis,* ✠ vbi ſubdit *cum Silueſt. & Ang.* quod in caſu latæ culpæ reſtitutio non ex integro eſt facienda;ſed exparte arbitrio boni, & prudentis viri;& ſi oppoſitum dicant *Nauar. & Azor. apud eum.*

Se-

Secunda eſt difficultas, an de dictis expenſis ex operibus deperditis deducenda ſit extimatio moleſtiæ,& laboris, quem in præſtando officio,
121 vel opificio ſubiturus fuiſſet vulneratus? ✠ Qua in re affirmatiuè reſpondet prima ſententia, quã tuentur, *Ioan. Maio. in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 19. Rebell. p.1. lib 3. quæſt. 13. nu. 2. Molin. de Iuſtit. & Iur. tract. 3. diſput. 87. concluſ. 1.* hanc opinionem vti probabilem ſequitur *Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 4. reſol. 53.*
122 Secunda ✠ vero opinio, negat deducendam eſſe extimationem moleſtiæ, & laboris, hanc ſectantur *Couar. lib. 2. var. reſol. cap. 10. num. 7. Beiala ſ. 43. verſ. ſed hæc ſententia, & verſ. Scotus p. 1.* cuius opus nomine *Paleoti* euulgatur, *Leſſ. de iuſt. & iur. cap. 9. dub. 19. Petr. Nauar. de reſtit. lib. 4. cap. 1. nu. 68. Sot. de Iuſt. & iur. lib. 4. quæſt. 6. art. 3. circa tertium argumentum, Villalo. in ſum tom. 2. tract. 11. diffin. 27. nu. 4. Pater Franciſcus Garofalus* vir eximij ingenij ac Felicis recordationis Ieſuita Sacrę Theologię profeſſor, in almo Panormitano Gimnaſio tũc pręceptor meus, *in tra. Theolog. de Iuſt. & iur. diſput. 7. ſect. 2. verſ. dicendum primo*. Licet ibi oppoſitam ſententiam vti probabilem admictat Et hæc opinio videtur probabilior; ſi enim extimatio laboris detrahenda eſſet, vix aliquid ſupererit; nam ſæpe lucrum æqui-

æquiualet extimationi laboris, vt patet in artificijs, in quibus eſt parum ingenioſæ induſtriæ. Adde moleſtiæ, & labori qui ſubiri ſolet in artificio corriſpondet moleſtia, & labor vulneris illati.

123 Tertia opinio diſtinguit, ✠ ex toto non debet detrahi extimatio laboris,& moleſtiæ,ſecundum vero partem arbitrio boni viri, detrahi debet *Dian. p. 5. reſol. moral. tract. 4. reſol. 53. verſ. ſed contrarium.* hanc opinionem admicterem, ſi vulneratus non eſſet adeo diligens, vt per integras heddomodas non laboraſſet. Sed abſolutè loquendo tenenda eſt ſecunda opinio.

XXIV. priuilegium, quo fruitur ſeruitium
124 perſonale, ✠ illud eſſe cenſemus, vt licet regulariter creditori ius retentionis non competat *l. ſi non inducta C. in quib. caſib. pig. vel hypo. tac.*
125 *contrah.* ✠ At vero creditori ſeruitij perſonalis ius retinendi conceditur *Gail. obſer. pract. lib. 2. obſeruat. 12. ſub nu. 5.* loquens de ſartore, vt poſſit veſtem retinere ob non ſolutam mercedem, idem de aduocato, & procuratore, vt poſſint acta retinere (de qua infra redibit ſermo) ac de fabro æquum curante allegat *Bal. in l. fin. C. comod. Gram. conſ. crim. 51.* loquens de famulo æquum domini detinente, ſi ei ſalarium non perſoluatur in eiſdem terminis *Oſaſc. deciſ. pedem. 181. nu. 31.*

Surd.

Surd. deciſ. 50. qui loquitur de ſcriptore,vt poſſit pro mercede retinere quinternos, ſequitur *Ricc. coll. deciſ.* 191. *Mut. ad cap.* 60. *Regis Ioannis nu.2.tom.6.* allegans *Cin.& Salic. in l.fin. C. comod. Addit. ad Bart. in l. ſi non ſortem* §. *ſi centum vbi Bart. Bal. & Alex. ff. de cond. ind. Abb. in cap... nu. 3. de reſtit. in integ.* & loquitur de ſcriptore vt pro mercede poſſit retinere ſcripturas, *iſdem Mut. ad cap.236. Regis Alphonſi nu.5. Silueſ. in ſum. verb. furtum nu.17.* vbi de famulo loquitur, & quid in foro concientiæ, *eſt tex.notab.in l. qui incurie ff.de furt. ibi (vel agrum curaueris, vt aduerſus vendicantem iuſtam habiturus ſis retentionem) gloſ. Accur. in d.l. ſi non ſortem* §. *ſi centum verb. retinebitur*, vbi habet,facit pro ſcriptoribus vbi poſſint retinere quaternos.

126 Limitatur concluſio ✝ in aduocato, & procuratore, vt pro eorum ſalario non poſſint retinere ſcripturas, vel inſtrumenta clientis *Fulgoſ. in d.* §. *ſi centum, vbi Iaſ. in 3. notab. Boer. deciſ. 15. nu. 3.* ſubdens ita diſpoſitum per ordinationes *Caroli VIII. Gallorum Regis, Mut. ad cap. Regis Alphonſi 236.nu.3. & 4.* allegans *Caroc.de loc. & cond. tit. de expen. queſt. 1. melioram. nu. 4. Surd.conſ. 309.nu.10. iſdem Mut. in d.cap.60.*

127 *Regis Ioannis* ✝ Contra vero limitationem nonnulli tenent, aſſerentes, poſſe aduocatos,& procu-

curatores, ob ſalarium non ſolutum retinere clientum ſcripturas; *Intrig. conſ. 10. nu. 3. nouiſſimè ex pluribus Scip. Sapien. ad Intrig. ſing. 42. nu.*
128 *53. & ſeq. lib. 3.* ✠ Prima tamen opinio ſublimitatur, vt licet aduocatus, & procurator non poſſit acta clientis pro mercede non ſoluta apud ſe retinere; poteſt tamen pro ſumptibus, quos fecit in eadem lite retinere *Boer. d. deciſ. 15. nu. 3. Mut. ſup. d. cap. 236. Regis Alphonſi nu. 3. tex. eſt notab. in l. quæ omnia §. plane iuncta gloſ. in verb. retentione ff. de procurat.*

XXV. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium
129 etiam perſonale ✠ illud adnotatione dignum eſſe cenſui, vt licet iudex laycus cauſas clericorum cognoſcere nequeat, vt habetur 11. *quæſt. 1. per tot. cap. ſi iudex laycus de ſent. excomun. in 6.* & plura iura concordantia habes *apud Carol. de Craſ. de eff. cleric. eff. 1. nu. 1.* vbi ſatis luculenter
130 concluſionem examinat. ✠ Tamen ob ſeruitia Catholicæ Eccleſiæ præſtita per Sereniſſimum Rogerium Siciliæ Comitem, expulit enim comes prædictus Mauros ab huius Regni finibus & ſacro ſuorum cruere fidem Catholicam in Regno palam profitendam plantauit eidem, & Siciliæ Regibus Vrbanus II. legatiam, quam Monarchiam appellamus indulſit, habetur in bulla Vrbani Salerni data, cuius tenorem refert

fert

fert *Pater Thom. Faſel.dec. 2. Hiſto. Reg.Sicil.lib. 7. cap. 1. in fine. ibi (con il tuo valore hai piantato ne i termini de i Saraceni la fede di Chriſto, e la Chieſa di Dio, e ti ſei ſempre & in molti modi monſtrato obediente, & deuoto alla ſede Apoſto-*

131 *lica,* + Quæ quidem Monarchia eſt Summi Præſulis legatia nata Siciliæ Regibus indulta latiſſimè *Anton. Xibec. in manuſcripto compend. Reg. Monarch. vbi obiectis reſpondet Ioann. Beltran. de Gueuer. Archiepiſcopus Compoſtellanus in diſcurſu de origine, & vſu Regiæ Monarchiæ Regni Siciliæ Mut. ſuper cap. 135. Regis Alphonſi nu. 84. tom. 4. & ſup. cap. 35. Regis Martini nu. 10. tom. 3. Anton. de Ball. lib. 5. ſup. pragm. Catal. n. 2. fol. mihi 336. Abb. Maurol. ſican. Hiſtor. lib. 2. fol. mihi 98,* vbi meminit de conceſſione Vrbani ſecundi Comiti Rogerio facta de Pontificia legatia Salerni data die 5. Iulij 1099. *Alphonſus Cariddus in proœm. capit. Regni Meſſanæ editorum* 20. *Ottobris* 1526. vbi habet Rogerius Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Confalonerius, ac legatus inſtitutus, ipſe, & hæredes ſui legitimi ab

32 Vrbano II. Romano Pontifice. + Non dum enim Monarchia eſt legatia nata; uerum quoq; cum poteſtate de latere *Intrig. conſ. 5. nu.* 16. ubi appellat Regem noſtrum Hiſpaniarum, uti tamen Siciliæ Regem ſummum Monarcham, &

legatum natum de latere. *Don Marianus Valguarnera apud Blaſ. Gondiſal in memoriali Philippo IIII. Catholico Regi noſtro porrecto ad inſtantiam Deputationis Regni Siciliæ, & Feliciſſimæ Vrbis Panormi fol. 36.* qui per infraſcripta uerba loquitur. *L'authorità del Tribunale della Monarchia, inſin'hora è ſtata in vn Vicerè, & in vn Giudice repreſentante vn legato à latere nato, cioè à V. M. & vn Pontefice capo della Chieſa, del quale V. M. tiene queſta authorità*, idem firmauit *Blaſ. Gondiſ. loco cit. fol. 37. in reſponſione verſ. primo*, ubi ita loquitur. *Del ſteſſo modo poſſono nominarſi molti Giudici che repreſentano l'isteſſa poteſtà di legato a latere*; affatur enim de Tribunali Monarchiæ Siciliæ Regni ubi in margine *nu. 54. allegat Camil. Borel. de præſtan. Reg. & Martin. Carril. in los annales, y memorias cronologicas anno 1597. fol. 260.* Bullam adducentem, & contra Cardinalem Baronium illam defendentem, Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominus meus Don Gaſpar Criales, & Arce olim Iudex Regiæ Monarchiæ, & in præſentiarum digniſſimus Archiepiſcopus Regenſis miræ eruditionis, & integritatis vir in literis ab eo ſcriptis Eccellen. Domino Don Franciſco de Melos, Comiti de Azumar, tunc huius Siciliæ Regni Proregi ſuper vocatione ab eo facta V. I. D. Don Bartoli de Flore

Ar-

Archipreſbiteri Caſtri Regalis,& inter cæteros allegat.*Erriq de poteſt.clauſ.cap.26.Marin.de reb. Hiſpan.lib.10.cap.3.Gaufred.de reb.Normand.lib. 4.cap.29.Ioſep.Cannival.Hiſtor.Sicil.Ioan Luc. Barber.in cap.ver.Sicil.Zurit.3.annal.cap.68.Salarzan.lib.3.de viſitat.cap.1.n.61.Salgad.de reten. bull.p.1.cap.2.num.45.& ſeq.* conducunt verba bullæ prædictæ ibi *da voi come noſtri Vicelegati mandati ex latere* de qua re latiſſime diſſerui in tract. manuſcrip. de non nullis Regiæ Monarchiæ Siciliæ Regni vltra farum preheminentis in plura ſingularia diſtinctus *ſing.1.& ſing.17. per totum.*

XXVI. Priuilegium, quo lætatur ſeruitium
133 perſonale, illud notatu dignum eſſe cenſeo, ✠ vt licet regulariter diſtinctè ſint iurisdictiones inter Papam, & Imperatorem; ſacerdotium, & imperium: adeo vt nec Papa debeat præiudicare iuribus Imperatoris, nec Imperator iuribus Papæ §.1. *Authen.quomod. opor.Epiſcop.cap.quoniam diſt.10. gloſ. fin. cum addit. in extrauag. vnam ſanctam de maio. & obed.gloſſ. in d. §. 1. verb. conferens generi gloſ. fin. in cap. dilecto de ſent. excom.in 6.Barb.in cap.1. num.6.& ſeq. de conſt.ſequitur Decian.lib.4.tract.crim.cap.11.nu. 1.Franc.Ponſinib. in tract. de lam.nu.3.in tract. crim. diuerſ. Ambrox.de Imm.eccleſ.cap.16.n.1.*

 & ſeq.

& ſeq. Craſ. de eff. cler. eff. 1. num. 131. Rol. Aual. conſ. 88. nu. 13. lib. 1. eſt tex. notab. in cap. cum ad verum diſtinſ. 96. Et ob id iudex laycus regulariter laycum cognoſcit. Fauore tamen ſeruitij
134 perſonalis limitatur regula; ✝ hinc famulus, & miniſter Epiſcopi ciuiliter, & criminaliter gaudet priuilegio fori eccleſiaſtici *Craſſ. de eff. cleric. eff. 1. nu.* 128 loquens de famulo *Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. quæſt. 65. nu. 77.* loquens de cauſa criminali famuli, & notarij *Capic. decis. 12. vbi Add. Ricc. deciſ. 69. p. 1. & in prax. tom. 1. reſol. 471. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. p. 3. alleg. 107. nu. 11 & ſeq. Giurb. conſ* 88. *nu.* 12. *& ſeq.* qui loquitur de notario layco Epiſcopi extra officium deliquente, ſubdens ita reſolutum in ſacro Regio conſilio domino Prorege preſente anno 1612. *Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 1. reſol.* 12. loquens de carcerario, fiſcali, commiſſario, magiſtro notario, & lictore laycis, *& p. 1. tract. 2. reſol.* 98. loquens de familia layca Epiſcopi, *& parte 3. tract. 1. reſol.* 46. loquens de familia layca Vicarij Epiſcopi *& p. 5. tract. 1. reſol.* 1. vbi allegat *Sacræ* Congregationis Cardinalium declarationes & inuehitur contra *Cutel. & ead. p. 5. tract. 1. reſol. 25.* loquens de familiari Epiſcopi titularis allegans *Ciarlin. controuerſ. foren. cap. 20. nu. 19. & p. 6. tract. 2. reſol.* 2. vbi quinquaginta

ginta nouem Authores adducit pro hac ſententia *& eod.p.6.tract.1.reſol.5.verſ.tertio* loquens de familiari Epiſcopi extra Diœceſim, *& reſol.6.* loquitur de delictis extra officium, *& reſol.4.* loquens de familiari Epiſcopi titularis, *Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 10. verſ. ſeptimo Eman. Sà in Aphoriſ. confeſ. verb familia nu. 2. Genuen. in prax. Archiep. Neap. cap. 9. nu. fin.* loquens de delicto extra officium *Vener. in exam. Epiſcop. lib. 4. cap. 12. nu. 6.*

135 Limitant concluſionem aliqui, + putantes ſolum procedere de famulo loquentes ſi famulus viuat ad expenſas Epiſcopi *Craſ. vbi ſup. nu. 129. Cutel. ad cap. 21. Regis Martini in concordia inter Inquiſitore, & officiales ordinarios Regni Siciliæ cap. 2. nu. 8. & ſeq. ad l. Regni* habens quod familia Epiſcopi non gaudet, niſi illa quæ corpore ſeruit, & dente comedit in domo Epiſcopi, & ob id infert (ſed non benè iudicio meo) hoc priuilegium non competere familiæ iurisditionali Epiſcopi recenter *Nouar. in Lucer. regul.*
136 *verb. familiares nu. 3.* + oppoſitum tamen eſt tenendum, & conuicitur dictæ limitatio ex his quæ dixi nu. 134. vbi plurium authoritate probaui iuſtitiæ miniſtros iudicis eccleſiaſtici gaudere fori priuilegia, & tamen vt plurimum hi nec commorantur, nec aluntur expenſis Epiſcopi

latè

latè contra limitationem inuehitur *Dian. p. 4. tract. 1. reſol. 30. & Craſ. loc. cit.* loquitur per infraſcripta verba, quod comunis opinio eſt ſi viuunt ad expenſas Epiſcopi, aut pro adminiſtratione ſuæ iurisditionis,& ſic loquitur diſiunctiuè, & non videtur allegandus pro limitatione.

XXVII. Priuilegiū,quod ex prædictis infertur
137 ✠ illud eſſe putaui,vt familiares regulariū,cū regularibus deſeruiant, non ſolū ex varijs priuilegijs à ſede Apoſtolica ſibi indultis;verum quoque de iure comuni gaudeant priuilegio regularium, cum dicantur de ipſorum corpore *ex Alzed. de poteſt. Epiſcop. cap. 12. nu. 77. p. 1. Grat. diſcept. 340. & 341. Graſ. & Herm. Stam. notauit Ioan. Mar. Nouar. in lucer. regul. verb. familiares num. 2.*

Hinc contingit dubitare,an regulares poſſint famulis intra ſepta Monaſterij ægrotantibus ſacram ſentaxim, & viuificum viaticum Eucha-
138 riſtiæ miniſtrare? ✠ Negatiuè reſpondendum videtur, quandoquidem, & ſi regulares hoc indultum viuæ vocis oraculo à Iulio II. obtinuere, omnia viuæ vocis oracula ab Vrbano VIII. fuerunt reuocata, ita in ſpecie *Ioan. Mar. Nouar. in lucer. regul. verb. Euchariſtia nu. 5. & 6. Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 2. reſol. 12. verſ. notandum*
139 *eſt*, vbi heſitando loquitur. ✠ At vero iſdem
Dian.

Dian.p.5.tract.3.reſol.52. aſſerit poſſe ſacrum viaticum ſuis familiaribus regulares miniſtrare, licentia Parochi non obtenta, nec petita: quo vero ad alias perſonas intra ſepta commorantes ſolum miniſtrare poſſunt, licentia minimè obtenta nec petita, ſi adeſſet repentina neceſſitas, adeo vt non daretur ſpatium licentiæ petendæ *allegat Bull.Pij V. tom.2.bullar. in ordine* 31. §.17. quæ incipit *ad immarceſcibilem fol.* 216. Secundam partem eius aſſertionis probat *Eman. Sà in Apho*
140 *riſ. confeſſ.* *verb.eucharistia num.* 4. ✚ Nam non deſunt Authores dicentes in neceſſitatis articulo, quando nec Sacerdos, nec Diaconus haberi poſſit laicum licitè poſſe ſacram ſentaxim ęgroto porrigere vide allegata *per Dian.p.3.reſol.moral. tract. de ſacramen. reſol.*47.

Accidit quoque dubitandum anno 1645. cum quidam in periculo mortis conſtitutus curandus acceſſiſſet apud Capuccinorum conuentum ciuitatis cuius incolatum teneo; an vigore bullę cruciatę regulares prędicti tradere potuiſſent ęgroto ſacram ſentaxim, licentia Parochi non
141 obtenta nec petita? ✚ Affirmatiuè reſpondet, *Dian. p.1.tract.11. reſol.20.* allegans ad hoc *Vaſq. in 3. p. tom. 3. diſput. 219. cap. 5. nu.* 47. *Filiuc.*
142 *tom. 1. tract.4. cap.9. nu.* 263. ✚ Cęterum ego in facti contingentia oppoſitum conſului vt nihil
ſuf-

ſuffragetur hoc in caſu bulla cruciatæ *Suar. in 3. p. tom. 3. diſput. 72. ſect. 4. Nug. in 3. p. tom. 1. quæſt. 82. art. 3. Rodriq. in expoſit. bull. Cruciat.* §. 9. *nu.* 3. vbi rationem aſſignat, cur vigore bullę Cruciatę poſſit quilibet confeſſor approbatus eligi; non vero à quolibet Sacerdote Euchariſtię & extremę vntionis Sacramentum miniſtrari, ex quo ſecundum & tertium non ſunt tam abſoluta neceſſaria quam primum *Ricc. in addit. ad Rodriq. ad d. expoſit. bull.* § 5. *nu.* 31. *& ſeq.* vbi pro hac ſententia allegat *Erriq. lib. 7. de indulgen. cap.* 13. *nu.* 4. *& Auil. de cenſ. p. 5. ſect.* 1. *in fine*, & plures adducit ac oppoſitis fundamentis reſpondet. Nec enim bulla Cruciatæ diſponit de Sacramento Euchariſtiæ in articulo mortis, nec iuribus ordinarij Papa per illam pręiudicare pręſumitur.

XXVIII. Priuilegium perſonalis ſeruitij quod
143 ex prędictis infertur, ✝ eſt, vt famuli militum (quos vulgus tratenutos appellat) ex quo militibus ſeruiunt gaudent priuilegio, & immunitate gabellarum, ſicut milites, latiſſimè probat ex noſtratibus *Caſtil. deciſ.* 105. *tex. eſt notab. in l. ſi publicanus* §. *de rebus ff. de public. & Vectig. ibi (vt quoties quis in vſus, aut eorum qui Prouincijs, exercitibuſue præſunt, aut procuratorum ſuorum) gloſ. in l. vniuerſi verb. proprium ibi (ſcilicet vitæ*

ſuæ

ſuæ, & familiæ neceſſarias) C. *de vectig. Boer. deciſ.213. n.8. & 9. Nouar.coll.133.n.3.loquens de tratenutis Rebuf.de priuil.ſchol.priui.166.Maſul.ad Capic.deciſ.12.n.6. Tapp.in l. fin. de conſtit.Princip. verb.extinta perſona, cap. 3. nu. 97. fol. 210. Dec. in l. ſcrinarios nu. 9. C.de teſtam.milit. Gratian. diſcept.340. nu. 12. isdem Caſtil. deciſ. 250. num. 15.*

XXIX. Priuilegium ſeruitij perſonalis, quod etiam ex prædictis infertur, illud eſſe cenſemus,
144 ✠ vt de iure cõmuni famuli ſeruientes ſcholaribus, gaudeant ſcholarium priuilegijs, *Rebuf. in autben. babita verſ. tam ipſi C. ne fil. pro pat. & in tract. de priuileg. ſchol. priuileg. 166. Caſtil. de-*
145 *ciſ. 105. num. 67. Duen. reg. 305.* ✠ vbi limitat concluſionem in Hiſpaniarum Regnis, vbi iure regio, *ex pragmatica 25. in volumine pragmaticarum* correpta fuere priuilegia ſcholarium, quorum plura recenſet noniſſime ex noſtratibus *Intrigl. ſing. 102. lib. 3.*

Non diſſimiliter in hoc Siciliæ Regno vide-
146 mus, ✠ quod famuli officialis, & locumtenentis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, contra hæreticam prauitatem huius Siciliæ Regni gaudeant priuilegio fori dicti Sancti Tribunalis, vt habetur *in conſtit. pragmat. Eecellentiſſ. Marci Antonij Columna olim huius Siciliæ Regni Proregis part. 1.*

tit. dell'offit. della Sant. Inquiſ. §.6.

XXX. Priuilegium ſeruitij perſonalis, quod
147 ex prædictis infertur, illud eſſe cenſui, ✠ vt famuli,& ſeruientes clericorum eorumdem priuilegio funguntur *auth. habita C. ne fil. pro patr. Philip. Fran. in prohem. lib.6. in verb. ſcholaribus DD. in l. ſcrinarios. C. de milit. teſt. Felin. in cap.2. nu.2. de for. comp. Duen. reg. 305. in princip. tex. eſt ad literam in l.1. C. de Epiſcop. & cler.* ibi *(iuxta ſanctionem, quam dum dum meruiſtis, vos, & mancipia veſtra, nullus nouis collationibus obligabit)* & melius *in l.2. C. eod.* ibi *verũ et hominibus* (ideſt familiaribus vt not. gloſ.) *eorũdẽ* (ideſt Clericorũ vt ẽt not. gloſ.) *qui operã in mercimonijs habẽt)*
148 Ampliatur concluſio, ✠ quod laboratores, & ſeruientes rebus Eccleſiæ vel Clericorum gaudeant immunitate gabellarum. *Capic. deciſ. 12.* loquens in fortioribus terminis *ex Theſaur. deciſ. 22. & 177. Gratia diſcept. 340. & 341. & deciſ. March. 133. Rouit. conſ. 60. num. 6. tom. 2. firmat. Nouar. de grauam. Vaſſ. lib. 1. grauam. 60. nu. 5.* & hæc opinio eſt in praxi recepta in Regno noſtro de qua calleo ſeruari in Ciuitate in qua incolatum habeo, & in feliciſſima Vrbe in qua immunitas gabellæ taxatur non dum pro cleri-
149 cis, verum etiam procerum famulis, ✠ Quicquid in oppoſitnm dixerit *Craſ. de eff. cler. eff. 3. num.*

92.

Digitized by Google

92. Vener. in exam. Epiſcop. lib. 4. capit. 12. num. 11.

150 Ampliatur ſecundo, ✠ in facti contingentia, me patrocinante Reuerendus N. Ciuitatis Caſtriboni in qua ortus ſum cauſa cognita obtinuerit prouiſionem ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Archiepiſcopo Meſſanenſe, vt emptores olei Clericorum gabellæ exituræ gaudeant immunitate

151 qua in re breuiter infra ſcripta adduxi ✠ Primo licet aliqui cenſuerint emptores & colonos pro portione colonica rerum Eccleſiæ vel Clericorum non eſſe immunes à gabellarum ſolutione inter quos *Rip. de peſt. tit. de remed. ad conſer. Vbert. nu.127. Mut. deciſ. 31. num.46. Graf. deciſ. caſ. concien. lib.2. cap.125. num.28. Theſaur. deciſ.116. vbi Gaſp. filius in addit. Rol. conſ. 61. lib.4. Caſtil. deciſ. 227. nu.1 & per tot. Coſt. conſ. 27. nn.14. Craſ. de eff. cleric. eff. 2. nu. 292. Vitus Sicomus olim Præſidens Conſiſtorij S.R.C. in allegationibus manuſcriptis pro Regio Fiſco, contra D. Zenobiam de Termini Boer. deciſ. 213. num. 19. Eman. Sà in Aphoriſm. confeſſ. verb. gabella num. 15. iſdem Craſ. eff 3. nu.62. & 63. Tiraq. de retr. lignag. § 1. gloſ. 13. nu.12. Pract. Papien. in form. libel. ſup. ſolutione pedag. gloſ. ceciderunt num. 7.*

152 *Placit. Coſt. in add. ad Patr. d conſ. 27.* ✠ Tamen non deſunt Authores, oppoſitum ſentientes, ra-

tione intereſſe indirectè pertinentis ad Eccleſiam, vel clericos, huius opinionis fuere. *Oſaſ. deciſ.* 83. *Gratian. diſcep.* 390. *Menoch. conſ.* 276. *nu.* 8. *Peirin. de priuileg. mino. tom.* 2. *conſtit.* 2. *Iulij* II. §. 31. *num.* 132. *Dian. p.* 3. *reſol. moral. tract.* 1. *reſol.* 19. & *reſol.* 23. *Marcabru. conſ.* 18. *nu.* 39. *Rimin. Senio. conſ.* 739. & *conſ.* 740. *Eugen. conſ.* 96. *Vinc. Grilanz. conſ.* 78. & *conſ.* 141. Vnde patet, quod adeſt ex vtraque parte probabilis opinio. Cæterum ipſe dicebam in caſu de quo agebatur, nullam eſſe iuris difficultatem;
153 quandoquidem certiſſima eſt concluſio, ✠ quod quoties laici aliqui ſunt immunes à gabellarum ſolutione, toties & Clerici immunes eſſe debent ex *Abb. conſ.* 6. *lib.* 1. *Borel. conſ.* 74. *nu.* 49. & ex alijs *Craſ. d. eff.* 3. *num.* 302. at vero in caſu noſtro dominus Princeps Ciuitatis prædictæ fruebatur immunitate prælibatæ gabellæ tam pro ſe, quam pro emptoribus olei; ideo eodem clerici debent frui immunitate prędicta pro ſe, & emptoribus. Secundo adduxi oleum Caſtriboni
154 pro maiori parte venditur in Vrbe Panormi; ✠ ideo tantum valet, quantum valet in dicta Vrbe detracta delatura, cum pretium rei valeat, quantum in loco deſtinato *Maſtril. deciſ.* 17.

155 Cæterum limitatur prædicta concluſio, ✠ vt famuli temporales Clericorum, vel eorum coloni.

ni non gaudeant priuilegio fori eccleſiaſtici *Craſ. de eff. cler. eff.* 1. *nu.* 147. vbi meminit anno 1591. vidiſſe laqueo ſuſpenſum famulum equitis Hieroſolimitanæ Religionis de mandato M.C. ob homicidium appenſatè patratum, nec dominus potuit obtinere fori remiſſionem; id ipſum teſtatur de famulis Prælatorum, etiam pro leuibus delictis, & author prædictus *nu.* 150. reſidet in opinione, vt non gaudeant fori priuilegio famuli ad tempus ſeruientes, niſi clerici eorum priuilegio vti non poſſent, ſi eorum eodem priuilegio non vterentur.

156 Sicut ſimiliter ✝ in facti contingentia cenſui quod colonus bonorum Clerici poſſeſſor poſſit conueniri pro cenſu bullali in punto coram iudice laico *Craſ. de eff. cleric. eff.* 1. *nu.* 268. aſſerens ita in Regno ſeruari *Amat reſol.* 86. *nu.* 75.

157 *Cvstil. deciſ.* 227. *nu.* 1. ✝ licet oppoſitum conetur probare *Dian. p.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 24. *latius tract.* 1. *reſol.* 8. *part.* 5. *&* *p.* 3. *tract.* 1. *reſol.* 47. *&* *part.* 6. *tract.* 2. *reſol* 3. *verſ. nec obſtat dicere.*

Nec dicas, quod 26. priuileg. concluſi quod famuli Epiſcoporum gaudent priuilegio fori, quomodo hic concluditur non gaudere famu-

158 los Clericorum; ✝ nam reſpondeo, quod, quid nimis habent famuli Epiſcoporum, quam famuli Clericorum *Dian. p.* 6. *tract.* 2. *reſol.* 2.

XXXI.

XXXI. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium perſonale ✠ illud eſſe cenſemus, vt famuli & ſer-
159 uientes legatis de latere, Nuncijſque Apoſtolicis gaudeant priuilegio fori, illiſque ſint remictendi latè *Pater Anton. Dian. p.6. tract.2. per tot. & præſertim reſol.2.* vbi inuehitur contra Chriſtofor. de Moſcoſo ſcribentem in quadam alle-
160 gatione hiſpano idiomate. ✠ Nec diſſimiliter dicendum eſt de famulis ſeruientibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, vt illorum foro gaudeant, illiſque remictendi ſint, ita ex conſuetudine ſeruari teſtatur *Clar. in pract. quæſt.35. num.* 11. ſubdens quod in alma Vrbe Vicarius Summi Pontificis domeſticos, familiares, ac ſubditos Cardinalibus remictere ſolet puniendos *Zabar. in clemen. ne Romani de elect. in 7. quæſt. 1 p. qui teſtatur ita ſeruatum ex Bona c. in tract. de ſer. & fam. Manfred. in tract. de Cardin. cap. 8. in 9. prælud. Scap. de iur. non ſcrip. lib.1. cap.12. & ex alijs DD. notauit Carol. de Craſ. de eff. Cleric. eff. 1. nu.151. nouiſſimè Dian. p. 5. reſol. moral. tract. de poteſt. & priuileg. Sanct. Rom. Eccleſ. Cardinal. reſol.25.* vbi alios DD. recentiores allegat, & reicit *Bonac. & Scat.* oppoſitum ſentientes.

XXXII. Priuilegium quo fruitur ſeruitium perſonale, quod etiam ex prædictis deducitur ✠ il-

161 ✠ illud eſſe cenſeo, vt laicæ Confraternitates, quæ Eccleſijs, vel Cappellis deſeruiunt non laici iudicis,ſed eccleſiaſticæ iurisdictioni ſubiciantur *Mut. deciſ.68..nu.19.vſque ad finem*, vbi teſtatur ita deciſum in fauorem confraternitatis Sanctæ Mariæ la Noua terræ Sciclis,contra D. Franciſcam Carranza viduam fuit enim deciſum,quod dicta de Carranza non audiatur coram M.R.C. contra dictam Confraternitatem 15. Aprilis 1617. *Vener. in tract. de exam. Epiſcop. lib.6. cap.2.nu.5.* loquens etiam de confraternitatibus à Laicis inſtitutis, & ſi omnes laici fuerint *Carol. de Craſ. de eff. cler.eff.1. nu.6* 13 qui loquitur de controuerſia Confraternitatum, dicens quod Iudex ſecularis nullam habet poteſtatem *Nouar. de elect. for. ſect.2. quæſt.56.nu.8. Ricc. in prax. tom.3. reſol.142. Peregr. de immun. cap.4. nu.64. Dian. p.4.nu.64. Dian. p.4. reſol. moral. tract.1. reſul.37. qui loquitur de Confraternitate laicorum erecta abſque Epiſcopi authoritate, & eſt de mente C. T. ſeſſ. 22. de reformat. cap. 8.* vbi Epiſcopi poſſunt viſitare Hoſpitalia,& confraternitates laicorum,ex quo in eis pia, opera exercentur. *Gratian. deciſ. Marcb.188. Ricc.coll. 451. verſ. limita quinto.*

162 Amplia concluſionem, ✠ vt prędictę confraternitates,non dum quo ad iudicia petitoria;

(vt

(vt puta in controuerſia inter eas orta de præcedentia in proceſſione) à iudice eccleſiaſtico, & non ſeculari cognoſcantur, *ex Barboſ. alleg. 78. nu.42. not. Dian. p.3. reſol. moral. tract. 1. reſol.70.* reiiciens *Carol. de Craſ. eff. 1. nu.613.* oppoſitum ſentientem.

163 Amplia ſecundo concluſionem ✝ idem procedere in Hoſpitalarijs laicorum, qui ex Hoſpitali deſeruiunt; *ex Barboſ. alleg. 12. nu.40. Velaſc. conſult. 105. nu. 3. firmat Dian. p.3. tract.1. reſol. 66. Craſ. de effect. cler. eff. 1. nu.606. & ſeq.* dicens ita in Regno ſeruari, *ex Nouar. in tract. de elect. for. ſect. 2. quæſt. 54. idem Dian. p. 4. tract. 1. reſol. 37.* loquens de Hoſpitalibus authoritate Epiſcopi non erectis *Ricc. coll. deciſ. 178.* & expreſsè habetur *in C.T. d. cap. 8. ibi Epiſcopi &c. habeant ius viſitandi hoſpitalia, collegia quecumque, & confraternitates laicorum, etiam quas ſcholas, ſiue quocumque alio nomine vocant; non tamen quæ ſub Regum protectione ſunt ſine eorum licentia, elemoſinas Montis Pietatis ſiue charitatis, & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur.*

164 Limita concluſionem, ✝ quando confraternitates ſunt erectæ ſub regum immediata protectione, nam tunc ſine eorum licentia Epiſcopus illa viſitare nequit; *C.T. d. cap. 8.* latiſſimè plena

165 na manu *Coſt.conſ.* 4. *per tot. Ricc.coll.*1778. ✠ licet oppoſitum dixerit *Dian. p.* 5. *reſol. moral. tract.* 2. *reſol.* 101. Prima enim opinio optima
166 probatur ratione, ✠ ex quo tanta eſt Regalis dignitas, vt in generali diſpoſitione, niſi de ea fiat indiuidualis mentio, non comprehendatur *cap. fin. de off. deleg.lib.6.cap. ne aliqui de priuileg. in 6.* latius dixi *in lect. pract.ad tex. in l.* 1. *quæſt.* 32. *ſub nu.*496. *ff. de off. eius cui mand.eſt iuriſd.*
167 Limita ſecundo concluſionem ✠ quando in limine fundationis hoſpitalis vel confraternitatis laicorum expreſsè caueretur, ne Epiſcopus vllatenus poſſit ſe intromictere; tunc enim illa viſitare nequit. *Mut. deciſ.* 58. *nu.* 28. & 29. adducens declarationē Eminētiſ. Cardinaliū *Carol. de Craſ. de eff. cler. eff.* 9. *nu.*610. dicens, quod cum Illuſtriſ. & Reuerendiſ. D. Ceſar Merullus Archiepiſcopus Panormitanus viſitare voluiſſet Hoſpitale dictæ Vrbis, illud viſitare nequiuit, cum ſit erectum ſub conditione, ne poſſit ab ordinario viſitari, ſed tantum ab officialibus illius Vrbis, ſubdens ita reſcriptum fuiſſe, per Sanctam Sedem Apoſtolicam, latiſſimè hanc tutatur opinionem *Dian. p.* 1. *reſol. moral. tract.* 2. *reſol.*84. dicens ita declaraſſe Paulum V. 7. Aprilis 1626. in cauſa Abulenſi pro Comite de Orepeſa contra Epiſcopum, & obiectis reſpondet ex *Bart.*
I *in*

in l. cum ſenatus nu. 4 *&* 5. *ff. de reb. dub. Maran. conſ.* 135. *Capibl. de Baro. prag.* 8. 2. *p. nu.* 66. *& ſeq. firmauit Maurit. Apicel. alleg.* 19. vbi in calce aſſerit, ita deciſum in Curia Metropolitana, in cauſa Economi Pij montis pauperum Ciuitatis.
168. Reginde minoris. ✠ Si autem ſcire cupis quomodo cognoſcatur Hoſpitale Eccleſiaſticum, vel laicale, cum ſit præter noſtrum inſtitutum adeas: *Vinc. Grilanz. conſ.* 104. *Merlin. controuerſ. cap.* 65. *Caſtigl. deciſ.* 2. *nu.* 13.
169. Hinc etiam ex prædictis ✠ inferre licet ad aliud priuilegium ſeruitij perſonalis, vt laici ſeruientes Eccleſiæ, vt puta Ianitores, Sacriſtæ, & ſimiles Iudicis Eccleſiaſtici ſubiciantur iuriſditioni *Carol. de Craſ. de eff. cler. eff.* 1. *nu.* 131. licet ipſe ſubdat hoc in Regno noſtro non ſeruari.

XXXIII. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium
170. perſonale in Regno noſtro ✠ illud eſſe adnotatione dignum cenſui; licet mortuo beneficiali, illius ſpolium, verandæ Apoſtolicæ Cameræ incorporentur, *Mut. ad cap. Regis Alphonſi* 478. *nu.* 4. *& ſeq.* vbi nonnulla Apoſtolica diplomata adducit, & de iure comuni fructus vacantis ſedis ſucceſſori reſeruentur *cap. quia ſepe de elect. in* 6. *Tiraq. de Iudic. in reb. exigu. verſ. vigeſimo ter-*
171. *tio Genuen. in prax. Archiep. Neapol. cap.* 79. *n.* 3. ✠ Hoc tamen fallit in Regno noſtro; nam pro ſeruitijs

uitijs à Rege Alphonſo Sanctæ Sedi Apoſtolicæ præſtitis in recuperanda Prouincia Marchiæ Anconitanæ, fuit indultum à Summo Pontifice dicto Regi, eiuſq; in Regno ſucceſſoribus, vt habere poſſint Prelatorum Regij Iuris Patronatus ſpolia, & fructus tempore Sedis vacantis *Mut. vbi ſup. nu.6. & ſeq. allegans Vitum Sicomum olim Preſidentem C. S. R. C. pro Generali Monaſterij Sancti Benedicti de Valle Dolid contra Fiſcum Regij Patrimonij Anton. Xibec. in compend. Regij Monarch. verſ ſic altera precipua prebeminentia eſt*; ſubdens quoq; de ea conceſſione meminiſſe *Ferdinādum Catholicum in quodam priuilegio dato Tolet. 6. Iulij* 1502. meminit quoque de tali conceſſione *Carolus V. dicti Ferdinandi nepos in capitulis in oppido Gandaui datis 2. Martij* 1540. mandans per infraſcripta verba (*Sempre che accadeſſe morte d'alcuno Prelato, o Abbate della ſpolia ſpectante alla Regia Corte, lo magnifico Secreto che pro tempore erit, debbia prenderne la poſſeſſione, e fare inuentario*) vt habetur *in pragm.6. §.54. tit. de offic. ſecret. p.2. in antiq.* & ſic tacitæ ſupponit indultum & ex inde *ex literis Philippi Secundi Regis 4. Decembris* 1479. Marcus Antonius Columna Regni Prorex per infraſcritta verba mandauit (*Il Secreto ſaputa la morte di Prelato, o Beneficiato della ſua Comarca vada ſubbito inſieme*

con il proconſeruatore à pigliare à nome della Regia Corte poſſeſſione della Chieſa vacata) vt patet *in conſtit. prag. p. 1. tit. delle vacantie delle Chieſe di ius patronato reale §. 5.*

172 Et ſi forte ſcire cupis, ✠ quæ nam ſeruitia Alphonſus Rex Sanctę Eccleſię Romanę preſtitit audias queſo *Octauium Abbruzzum* V. I. D. verſatiſſimum, & in omni genere ſcientię peroptimum genitorem meum olim dulciſſimum inmanuſcripto tractatu Caſtriboni oppidi, Comitis Vigintimilij, illiusq; Domini Hieracij Marchionis ſuę gentis originis, & deſcriptionis lib. 2. in

173 Ioannē primum habentem ✠ *Ioannes* 1443. *Eugenio VI. ſimul & Alphonſo ex fœdere inito inſtantibus Piceni prouinciam Eccleſiæ à Mechionali Seue Franciſco ſfortia occupata cum Auſida Monte Sancto, cæteriſque quæ circumerant oppida acquiſiuit Pontificijs hoſtibus Firmianum & defendit. Caliſtus III. cum regendam Eccleſiam ſuſcepiſſet, & Iacobus Picininus Pontificis amicorum terras caperet, ac depopularetur Alphonſus Ioannem miſit Eccleſiæ partes auxiliaturum;* Hec Dominus, meus, dequa re meminere quoque *Octauius Corſetto, Petrus Andreas Grimaldus, Flaminius Palmula, & Ioannes Bonus*, in quibusdam allegationibus, quas habeo ad pennam pro Illuſtriſſ. quondā D. Ioāne de Vigintimilijs Marchione Hieracij de ſeruiui-

uitijs præſtitis ab Alphonſo Rege Sanctæ ſedi Apoſtolicæ in Picena hoc eſt Ancone expeditione pontificis gratia ſuſcepta adeas *Bartolom. Fat. de reb. geſt. ab Alphon. Reg. lib.* 8. *Pandol. Colonnuc. in compend. Hiſtor. Neap. lib.* 6. *Thom. Faſel. dec. 2. lib. 9. Sicul. Hiſto.*

174 Nec officit ✠ conſtitutio Regis Rogerij incipiens, *peruenit, de Adminiſ. rerum Eccleſ.* vbi prouidet in Regni conſtitutionibus Eccleſiæ

175 Viduatæ fructus ſucceſſoribus reſeruari; ✠ nam Rex prædictus rexit Siciliæ, & Neapolis Regnum ſatis ante Alphonſum, inter quos 18. intercesſerunt Reges, videlicet Guglielmus malus Gulielmus bonus, Tancredus, Rogerius, Errigus, Federicus, Corradus, Manfredus, Corradinus, Petrus, Iacobus, Federicus, Petrus, Lugdouicus, Federious, Martinus Senior, & Martinus Iunior, ac Ferdinandus, vt notaui *in manuſcripto tractatu de non nullis Regiæ Monarchiæ Siciliæ Regni vltra ſuarum prebeminentijs in plura ſingularia diſtinctus ſing.* 17. *nu.* 15. vbi allegaui *Thom. Faſel. Sicul. Hiſto. dec.* 2. *Abbat. Maurol. in rer. ſican. cōpēd. Prohem. cap. Reg. Octauiū Abbruzzū dulciſſimū Genitorē meū Rocc. Pir. in Cronol. Reg. Sicil.*

176 Illud autem hic adnotare curaui, ✠ quod conſtitutio prædicta *peruenit* nullius eſt roboris, & firmitatis ex defectu iurisditionis credito-

ris

ris illius; Rogerius enim nullum ius habuit diſponendi de fructibus beneficiorum, vt *latè probat in eius rubr. Afſl.*

Hinc ex prędictis miror, quemdam Baronem, Abbate mortuo beneficij eius patronatus Eccleſię, & bonorum cepiſſe poſſeſſionem Regis
177 ad inſtar: quo iure neſcio; ✝ nam Eccleſia patronata vacante, Vicarius, mauis Euconomus ab Epiſcopo eſt deputandus, qui Eccleſię, & fructuum curam gerat *C.T. ſeſſ.24. de reform. cap.18. gloſ. in cap. ad hæc verb. Epiſcopi de offic. Vicar. vbi Panor. nu.2. idem Abb. in cap. propoſuit nu.4. de fil. præsbit. gloſ. in cap. cum vos verb. euconomos de offic. ordin. per illum tex. Afſl. in d. conſtit. peruenit Grilanʒ. conſ.4. Vener. de exam. Epiſcop. lib. 9. cap. 33. nu.* 21. Si igitur Baro non obſtendit priuilegium, Regis Siciliæ ad inſtar non potuit Eccleſiæ, & rerum benefitij capere poſſeſſionem.

178 Cauendum ✝ igitur puto *ab Anto. de Bal. in prelud. lib.5. nu.65.* dicente, quod Prælato mortuo Princeps pro ſecuritate ſucceſſoris poteſt ſequeſtrare fructus benefitij, & conſtituere Euconomum pro eis exigendis, nec facit contra libertatem Eccleſiaſticam: Nam conuincitur ex
179 his quæ proximè adduxi. ✝ Imo certiſſimum puto, quod patronus qui fructus benefitij percipit

pit

pit vel in illis ſe ingeſſit iure patronatus priuatus ex iſtat, vt habetur in *C.T.ſeſſ.25.de reformat. cap.9. Abb. in cap. in quibusdam de pæn. Vener. in*
180 *examin. Epiſcop.lib.9.cap.33.num. 33.* ✠ Niſi fortè patronus eſſet ſpeciali priuilegio, vel conſuetudine iam legitimè præſcripta, hoc eſt quadraginta annorum, vel alia cauſa rationabili munitus *cap. fin. de offic. ordin. lib. 6. vbi gloſ. in verb. legitima.*

XXXIV. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium
181 perſonale, ✠ illud eſſe cenſeo, quod licet quis regulariter dupplex officium gerere nequeat, vt vtrumque exercendo, neutrum illorum perageret iuxta *tex. in l. fin. C. de Aſſeſſo.* vbi *gloſ. verb.* ad vtrumque allegat verſus, *Qui binos lepores vna ſectabitur hora. Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.*

182 Tamen fauore ſeruitij perſonalis, ✠ ſi quis duo compatibilia munera exercet, quorum vnũ aliud non impedit, quod rectè accidere poteſt *Bart. in §. illud tamen, Authen. vt Iud. ſin. quoq; ſuffrag. ex pluribus Caſtil. in addit. ad deciſ. 49. verſ. licet*; tunc dupplex exercens officium, dupplex debet habere ſalariũ *Bar. in l. placet in 2. lect. n. 20. C. de ſacroſan. Eccleſ. Caſtren. in l. qui duobus nu. 2. ff. de condit. & demonſt. Ioan. de Plat. in l. bis ſcholaribus per illum tex. C. de erogat. milit. Anno.*

lib.

lib.12. Gail.pract. obſer.44.nu.8.lib... Paul.Granut. Theorem.12. nu.9. Caſtil.deciſ.44.nu.8.Ricc. coll.2466. verſ.ſalarium autem Mut.ſuper cap.7. Regis Martini n.53.Maſtril.de magiſtr. lib.1.cap. 21.nu.72. & ſeq. Becc.conſ.27.nu.2. Caroc. de locat. & cond.tit.de difformit.quæſt.4. fol.243. Merlin.controuerſ. foren.cap.70.Don Man.Cutel.ad l. Reg.Sicil. ſup.cap.57.Regis Iacobi nu.2. & alij penes eos, *eſt tex. notab. in §. illud tamen Auth. vt Iud.ſin. quoq.ſuffrag.* ibi (quod accipiet tantum propter dupplex periculum) vbi gloſ. in verb. periculum.

183 Amplia concluſionem ✠ vt ſi officialis eodem tempore plures proceſſus duorum confecerit, poteſt ab vtroque ſalarium recipere *gloſ. in §.triplici Inſt. de actio.* ex ſuo pro auo adnotauit *Cum. ad rit. cap.96. nu.4.Leſſ. de iuſt. & iure lib. 2. cap. 24. dub. 5. num. 28. late Merl. contr. fore cap. 70.conducit conſtit. pragmat. Marci Antonij Columna olim Siciliæ Regni Proregis p.2.tit. delli Sindic.d'officiali §.24.*diſponens,quod ſindicator dupplici proceſſu vacans,cum duobus cõmiſſarijs pro ſe exigere poſſit tarenos 28.qualibet dieta; ſi vero vnicũ confecerit proceſſum tarenos
184 ſexdecim tantum. ✠ licet oppoſitum & contra limitationem ex Zanne, teneat *Dian. p. 3. reſol. moral.tract.5.reſol.86.*

Li-

185 ✠ Limita concluſionem ✠ in dietis acceſſus,ac receſſus delegati; nam & ſi contra plures vacauerit, vnum tantum ius acceſſus, & receſſus exigere poteſt *Caſtil.deciſ.*49. in calce cuius aſſerit ita deciſum in Conſiſtorio;confirmando ſententiam Regij Patrimonij *Mut. ſup. cap.* 19. *Regis Alphonſi nu.*22.& probatur *ex cap.ritus* 191.vbi habetur. Item,ſi aliquis ex iudicibus, ſeu Commiſſarijs vel ſeruientibus mictatur per M.C. ad aliquem locum cum diuerſis commiſſionibus vnum pedagium tantum habeat, quod ſibi eſoluatur ab omnibus, qui in eiſdem commiſſionibus tanguntur habita conſideratione ad qualitatem cauſæ, & perſonæ; non autem poſſit tot pedagia accipere, quot ſunt cauſæ *Cum. ſup. rit. cap.*96. *nu.*1.*& ſeq.*

Sublimitant concluſionem aliqui inter quos
186 *Blaſ. Lanz. ſup. d. rit. cap.*191. ✠ vt ſi delegato exiſtenti in loco aliud negotium commictatur; tunc dupplex ius acceſſus, & receſſus debetur.

187 Cæterum ✠ hæc limitatio non eſt admictenda,& contra illam iudicauit Tribunal Regij Patrimonij, & Conſiſtorij in cauſa *deciſ. Caſtil.*49. cuius caſus, erat, quod ſindicatori in loco exiſtenti fuit cauſa commiſſa, vt patet in initio deciſ. nec militat diuerſa ratio, quo ad dietas acceſſus,& receſſus ſi binæ cauſæ fuerint à princi-

pio commiſſæ, & vna in loco M. C. & alia poſt in loco delegationis & de opinione *Blaſci Lanza* dubitauit *Cum. vbi ſup. nu. 6.*

188 Illud tamen mihi non arridet ✠ quod adducit *Caſtil. deciſ. 49. nu. 9.* allegans *Pandectas Regni noſtri tit. de iur. Sindic.* habens, quod ſi contra plures vacauerit ſindicator, aut delegatus, habeat vnum tantum ius dietæ ab omnibus pro rata; nam ſi vera eſſet prædicta concluſio deſtrueret ampliationem noſtram, de qua ſupra nu. 183. & dicta diſpoſitio Pandectæ ſaltem quo ad ſindicatorem videtur correpta à prædicta *pragmatic. conſtit. tit. delli ſindic. di officia. §. 24.* cuius tenorem ſupra retuli *d. nu.* 183. & conſtitutiones pragmaticales ſunt poſteriores pandectis, ex quo conſtitutiones publicatæ fuere 11. Auguſti 1583. pandectę vero 26. Maij 1527.

XXXV. Priuilegium, quo fruitur ſeruitium
189 perſonale illud eſſe putaui, ✠ vt quilibet exemptus ab ordinarij iuriſditione, ſiue Clericus ſecularis, ſiue regularis, extra monaſterium degens; & ſi certum iudicem deputatum habeat; regularis intra Monaſterium, ſi iudicem non habeat deputatum in cauſis ciuilibus mercedum coram ordinarijs locorum, tamquam à Sede Apoſtolica delegatis ad ſoluendum debitum cogi & compelli poſſunt, priuilegijs, exemptionibus,

nibus; conſeruatorum deputationibus nequaquam valituris *C.T. ſeſſ. 7. de reform. cap. 14. & ſeſſ. 14. de reformat. cap. 5.*

190 Ampliatur concluſio ✠ ſecundum aliquorum ſententiam, vt Conciliaris diſpoſitio comprehendat etiam regulares tria vota eſſentialia profitentes, ita in certi Authores quos citat *Nouar. in lucer. Regul. verb. cauſa nu.*4. Cæterum to-

191 tum oppoſitum tentari poteſt, primo, ✠ quia con ciliaris diſpoſitio loquitur interminis, de quibus *in cap. volentes de priuileg. in 6.* cuius diſpoſitionem innouandam cenſuit, & de perſonis in eo contentis excipit debitorem ſalarij ſeruitij perſonalis; ideo regula prædicta debet eſſe de perſonis in eo tex. contentis, cum exceptio ſit de

192 regula. ✠ At vero *tex. in d. cap. volentes* non loqui tur de regularibus tria vota eſſentialia profitentibus, ex quo perſonæ in illo tex. contentæ conueniuntur coram ordinarijs locorum ratione

193 contractus vel delicti, ✠ at vero regulares tria vota eſſentialia profitentes cognoſci nequeunt ab ordinarijs locorum, nec ratione contractus, nec delicti patet ex bulla *Sixti iv. anno* 1480. quæ incipit *Regimini uniuerſalis Eccleſiæ ex bull. Clementis iv. Benedicti xi. Bonifacij viii. Martini v. Nicolai v. Gregoris xiii. & aliorum ſummorum Pontificum, Rodriq. de exempt. regula*

quæſt.63. art.3. Mut. deciſ.2. nu.26. Anto. de Virg. de legitim. perſo. cap.18. nu.15. ideo nec dictum *capit. volentes*, nec dicta conciliaris diſpoſitio compræhendit regulares tria vota eſſentialia profitentes.

194 Secundo probatur ✠ ex declaratione Sacræ Congregationis Eminentiſſ. Cardinalium, quam refert *Aldre. Ieſuita in allegat. pro omnimod. regul. exempt. p.1. cap.7. nu.2.* quem ſummatim refert *Nouar. loc. cit. nu.5.* quæ habet: *Ad primum videlicet*, neque in conſtitutione generali Concilij Lugdunenſi ædita, quæ incipit *Volentes*, neque decreto eiuſdem *C.T. ſeſſ. 7. cap.14.* comprçhendi regulares (quos ego intelligo tria vota eſſentialia profitentes) ideoque eos, iuxta eorum priuilegia comunia, coram ſuis ſuperioribus, vel Conſeruatoribus eſſe conueniendos. ✠

195 Confirmatur, quia regulares tria vota eſſentialia profitentes, cum ipſi nihil habeant proprietatis vel vſus fructus non poſſunt ipſi conueniri, ſed potius eorum monaſterium eſt conueniendum *ad tex. in cap.2. de teſta. in 6. ex Rodriq. de exempt. regul. quæſt.62. art.5. Virgil. loco citato n.14.* ob id Concilium illos non comprçhendit cum ſupponat regulares conueniendos, & non monaſterium.

196 Tertio, ✠ generalis diſpoſitio non compræhen-

hendit regulares, tria vota eſſentialia profitentes, niſi de eis expreſsè meminerit, in re tamen ad ordinem ſpectante *cap. ne aliqui de priuileg. in 6.* at in caſu de quo loquimur agitur de re ſpectante ad totum ordinem, & non ſit expreſſa mentio de religioſis vota eſſentialia profitentibus; ideo de eis non intelligitur Conciliaris diſpoſitio.

197 Neque obſtant ✠ verba Concilij, ibi *regularis intra monaſterium*: nam tempore C.T. aderant nonnulli regulares, intra monaſteria degentes; & tamen tria vota eſſentialia non profitebantur, vt exempli gratia Canonici Sancti Giorgij in Alga Venetiarum, qui tempore C.T. ſub certa viuebant regula; vota tamen eſſentialia
198 non profitebantur. ✠ Confirmatur hæc intelligentia; nam illa dictio, regularis, extra & intra monaſterium degens eſt coiuncta cum illa dictione, Clericus, vt patet in illis verbis, *ſiue Cle-*
199 *ricus ſecularis, ſiue regularis* &c. ✠ at vero nomine Clericorum non veniunt regulares, tria vota profitentes ſicut nec nomine Sacerdotum veniunt monachi *Zabarel. conſ. 58.* quem refert, & ſequitur *Albertin. de Heret. in cap. quoniam quæſt. 1. in fin. fol.* 110.

XXXVI. Priuilegium ſeruitij perſonalis illud
384 *qui ſubeſſe non nouit) de elect.* ✠ Nec dicas quod Abbas non ſeruit ſed potius præeſt; nam dico, quod Monacus ad prælaturam eligitur, vt ſeruiat *cap. niſi de renunt. cap. ad aures de tempor. ordin.* ibi *(impendendo in inferiori miniſterio deſeruire;* vbi etiam monaci ſeruiunt.

LXXXV. Priuilegium ſeruitij perſonalis, il-
385 lud adnotatione dignum eſſe cenſui, ✠ quod Imperium ad Germanos fuit tranſlatum, ob ſeruitia perſonalia à Carolo Magno, Pipini filio,

Fran-

Francorum Rege Eccleſiæ Romanæ præſtita; quæ cum opprimeretur ab Aſtulfo longobardorum Rege, petijt auxilium à Coſtantino, & Leone Coſtantinopolitanis Imperatoribus; qui cum nollent Eccleſiæ Romanæ patrocinari: Stefanus Papa II, habito auxilio à Carolo Magnô; ipſum Imperatorem elegit; & Imperium apud Germanos tranſtulit anno Domini 776. diplomate, quæ bulla aurea nuncupatur. Ex inde quindecim elapſis annis; Carolus à Leone III. Imperatoris corona eſt decoratus *gloſ. in cap. venerabilem verb. tranſtulit de electio. Iacob. Bergom. in ſuppl. Cronico. lib. 10. de Stefano, 11. & Carolo Magno, Auguſtin. de Ancon. de poteſt. Eccleſ. queſt. 37. Panor. in d. cap. venerabilem nu. 1. vbi ceteri Canoniſtæ Pandul. Colon. in compend. Hiſto. Regni Neap. lib. 1. verſ.* tornato Pipino à Roma *fol. mibi 25. Franc. Sanſo. in cronolog. mund. de Carolo Magno loquens fol. mibi 45. Maſtril. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 2. num. 8. & 9. gloſ. in clemen. Romani verb. tranſtulit de iureiur.* licet dicat alio tempore fuiſſe factam tranſlationem Imperij.

386 Statuit vlterius Papa, ✠ quod Imperator prędictus eligeretur à ſeptem Principibus Germaniæ, tribus Eccleſiaſticis, & quatuor ſecularibus; hoc eſt Archiepiſcopis Maguntino, Colo-
nien-

nienſe, & Treuerenſe, Palatino Comite Reni, Duce Saſſoniæ Marchione Crandiburgenſe, & Rege Boemię, olim Duce; qui his carminibus continentur:

Magna Magnuntia, Craſſa Colonia Treueris alma
Atque Palatinus Dapifer Dux Porticonenſis
Marchio propoſitus Cameræ; Pincerna Boemus
Romanum Regem ſtatuendi dant ſibi legem.

Gloſ. in cap. 2. verb. illi autem de ſent. & re iudic. in 6. notatur ante Cod. in princip. Addit. ad gloſ. prædictam Panor. in d. cap. venerabilem num. 1. Decian. lib. 7. tract. crim. cap. 5. nu. 2.

LXXXV*I*. Priuilegium ſeruitij perſonalis
387 eſt ✠ vt Eccleſia, quę paſtorem habet inutilem, munera exercere nequentem, nec ille ſubuenire valentem, ex quo ſeruitio caret, & ſolatio eſt deſtituta, iuxta comunem modum loquendi dicitur viduata; ſicut etiam, ſi electus in Epiſcopum, vltra ſex menſes per ſuam negligentiam tenuerit Eccleſiam viduatam, nec per donum conſecrationis ſubſeruiat electione priuatur: *Innoccentius III. in cap. inter corporalia de tranſlat. Epiſcop.*

LXXXV*II*. Priuilegium, quo gaudet ſerui-
388 tium perſonale, illud eſt, ✠ vt Epiſcopus non

pro

pro qualibet corporali debilitate ſuſceptæ ſeruitutis officium poſſit deſerere *Innocentius III. in cap. niſi cum pridem de renunt.* vbi plura ad id eleganter adducit, & præſertim illud Apoſto. *Cũ infirmor, tunc fortior ſum; conducit tex. in cap. 1. eod. tit.* & illud D. Martini *Si adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.*

LXXXVIII. Priuilegium ſeruitij perſonalis
389 eſt, ✠ vt non ſolum ſit illud apud homines meritorum; verum quoque & apud Deum, iuxta illud reddet Deus mercedem laborum Sanctorum ſuorum *Innoc. in d. cap. niſi cum pridem.*

LXXXIX. Priuilegium, ſeruitio perſonali
390 indultum eſt, ✠ vt pro Iudicis ſententia præſumatur; quia ipſe non negligenter ſubſeruit, mentem applicando ad probationes, confeſſiones, depoſitiones, allegationes, & alia quæ in eius præſentia proponuntur *Clemens III. in cap. in præſentia de renunt.*

LXXXX. Priuilegium, quo gaudet ſeruitium
391 perſonale, eſt illud ✠ quod licet regulariter qui Epiſcopatui reſignauit, amplius in Epiſcopum aſſumi nequeat. Tamen ſi infirmitate detemptus Epiſcopatui reſignando, ex quo ſeruire nequiuit, ex inde, ſi reaſumptis viribus ſeruire valet; poteſt in Epiſcopum eligi *cap. poſt translationem de renunt.*

de rectoribus de Cler. Egrot. conducit C.T. ſeſſ. 23. de reformat.cap.1.erga finem.

LXXXXV. priuilegium; quod ſeruitio per-
397 ſonali indulgetur, illud adnotandum agnoui ✠ vt licet Clericus eximatur à iuriſditione Iudicis ſecularis *can.1.11.quæſt.1. C. T. ſeſſ. 25. de re-*
398 *format.cap.20.* ✠ Tamen, ſi Clericus non ſit prima tonſura inſignitus, nec benefitium Eccleſiaſticũ obtineat nec Eccleſię inſeruiat fori Eccleſiaſtici priuilegio nõ gaudet *C.T. ſeſſ.23.de refor-*
399 *mat.cap.6.* ✠ quod ſeruitium debet eſſe frequens & non ſemel. vel bis *Craſ. de eff. cler. eff. 1. num.*
400 1182. ✠ Sed non adeò continuum, vt ſi fuerit interpellatum non proficiat, *Stefan.Quar.in ſum.*
401 *bullar. verb. habitus clericalis verſ. additio.* ✠ Hinc non intelligitur rigidè, ſed pro maiori parte tẽporis in diebus dominicis ſubſeruiat *Maſtr. deciſ. 113.nn. 13. Gratian. diſcept.* 440, *num.6. Ricc.p. 4. deciſ. 154. num. 5. Dian. p 1. tract. 2. reſol.35. & p. 4. tract.1. reſol.88.*

402 Neque obſtat ✠ pragmatica prima tit. 10. in antiquis diſponens, quibuſlibet diebus dominicis, & Feſtiuis horis cum ſuperpelliceo perſonaliter interſint clerici diuinis officijs, quam ſequuntur *Ball. in interpret. eiusdem pragmaticæ fol.207. Burg.de mod. proced. ex abrupt. quæſt.65. n.29.Cap.deciſ.161.nu.6.* de ſimili conſtitutione

loquens *Gramat. deciſ.* 10. *nu.*2. loquens etiam
403 in ſimili ſtatuto, ✠ Nam reſpondeo, quod dicta pragmatica, cum ſit laicalis non poteſt ligare Clericos *ad tex. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtit.* ex pluribus *Dian. d. reſol.* 88.

404 Ceterum difficultas eſt, ✠ an requiſita Concilij *d. cap.* 6. nempe habitus, tonſura, & ſeruitium copulatiuè requirantur pro immunitate gabellarum? Et affirmatiuè reſpondet *Craſ. de eff. Cleric. eff.* 3. *nu.* 292.
405 ✠ At oppoſitum eſt probabilius, vt requiſita Concilij copulatiuè non requiratur *Ricc. in prax. p.* 4. *reſol.* 458. *Dian. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 37. Nec obſtat Tridentinum; nam loquitur de priuilegio fori.

406 Amplia hanc ſecundam opinionem, ✠ vt nec requirantur copulatiuè requiſita Concilij, adhoc vt Clericus gaudeat priuilegio can. *ſi quis ſuadente diabolo Dian. p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 37. & *p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 82. allegans declarationem Cardinalium.

407 Ampliatur ſecundo concluſio ✠ vt Clerici ſeruientes Eccleſiæ non habentes requiſita Concilij, & ſi tamquam Clerici non gaudeant foro Clericali, nè cognoſcantur à Iudice laico; tamen tamquam ſeruientes Eccleſijs gaudent dicto priuilegio *Dian. p.* 6. *tract.* 1. *reſol.* 36. faciunt ea quæ ſupra adduxi, quod laici ſeruientes Eccleſijs gau-

gaudent priuilegio Clericali.

LXXXXVI. Priuilegium, quo gaudet ſeruitium perſonale, quantum ad eum cui debetur
408 illud eſſe cenſeo, vt ſi officialis recedat illicentiatus amittat ſalarium temporis præteriti, quo ſeruiuit *l. deſortorem,* ibi *(qui militiæ tenus in deſertione impleuit emerito priuatur) ff. de re milit. Mut. ad cap. Regis Federici 52. num, 5. & 6. tomo 2. Bald. in l. 2. num. 2. C. locat. Cagnol. in l. diem functo n.212.* vbi *Iaſ. & alij ff. de off. aſſeſ. Maſtril. ex pluribus de Magiſt. lib. 1. cap. 21. num. 52. & ſeq. Bart. in l. ſi vno §. item cum quidem ff. locat.* vbi de famulo loquitur *vide Parid. de Put. de ſindic. cap. 6. §. ſalarium num.* 13.

409 Oppoſitum vero & de famulo loquens tenet *Dian. p. 3. tract.* 4. *reſol.* 15. limitans ſuam opinionem; niſi multum domini intereſſet ſeruitium famuli.

LXXXXVII. priuilegium perſonali ſeruitio
410 indultum, illud arbitramur eſſe vt ex æquitate ſalarium non conuentum, ſi officium eſt laborioſum debeatur, adnotaui *in interpret. pragm. de mod. proced. ſumm. p. 2. cap. 2. num. 95.* vbi teſtatus fui, ita deciſum in facti contingentia, conducit *tex. in cap. vnico de ſind.* addo *Maſtril. de magiſtr. lib. 1. cap. 21. num. 1. 81. & ſequ. &* 101.

LXXXXVIII.

LXXXXVIII. priuilegium, quod habet ſer-
411 uitium perſonale ✠ illud eſſe cenſui, vt licet naturaliter, quiſque ius habeat ad alimenta §. 1. vbi *gloſ. verb. hinc educatio Inſt. de Iur. nat. gent. & ciuil.*
412 ✠ Tamen qui perſonaliter non laborat, legitimum Ius non habet ad alimenta regulariter loquendo *Bal. in rubr. Cod. de fruct. & lit. expen.* ſequitur *Maſtril. de magiſ. lib. 1. cap. 21. num.* 93.

LXXXXIX. priuilegium ſeruitij perſonalis
413 eſt, ✠ quod licet regulariter quis ſubſit ordinariç iuriſditioni *cap. ſi quis Epiſcopus damnatus*
414 *15. quæſt. 3.* ✠ Tamen, ſi aliquis capituli ſeruitio deputatur, delinquens in quo deſeruit, conſuetudine attenta à Capitulo, & non ab ordinario eſt cognoſcendus *cap. cum contingat de for.*
415 *compet.* ✠ Seruus enim ſuo domino ſtat, aut cadit *cap. nimis* vbi *gloſ. de iureiur.*

416 C. Priuilegium ſeruitutis perſonalis eſt ✠ vt quamquam regulare ſit iuramentum, quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poſſit; ſeruandum
417 ſit *cap. ſi vero de iureiur.* ✠ Tamen, ſi aduocatus iurauit non ingredi Curiam, vt clientulis ſeruiat, iuramentum ſeruare non tenetur *cap. veniens de iureiur.*

418 CI. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ quod licet regulariter conuentiones ſint ſeruandç *l. 1.*

ff de

419 *ff. de pact.* ✝ Tamen, vt obſequium dignæ impendatur; ſacerdos, qui quotidie celebrare promiſit, poteſt ſalua honeſtate ſua non quotidie celebrare *cap. ſignificatum de præben. & dignit.*

420 CII. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✝ vt licet nemo duo poſſit habere beneficia Eccleſiaſtica, iuxta Lateranenſe Concilium, *cap. quia*
421 *nonnulli de Cleric. non reſid.* ✝ Tamen, ſublimes & litterati, ex quo aptius Eccleſiæ deſeruire poſſunt, facilè poſſunt per ſedem Apoſtolicam ad plura beneficia diſpenſari *cap. de multa de præben. & dignit.*

CIII. Priuilegium, quo ſeruitium perſonale
422 decoratur ✝ illud eſſe cenſeo vt licet regulariter inter officiales eiuſdem tituli præferatur prior
423 poſteriori *l. 1. C. de Conſulib. lib. 10.* ✝ poteſt, & ſolet ex cauſa ſeruitij Princeps præferre poſteriorem priori *Apont. conſ. 7. num. 4.* vbi meminit ita practicatum tempore præſidentatus Comitis de Beneuento in Regno Neapolis in perſona Ferdinandi Barbuto Auditoris in Prouincia Calabriæ, vltra *Frec. in tit. quis dicat Princeps Ioan. de Plat. in l. vnicuique C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. Rebuf. in l. 1. C. de Conſulib. Blaſ. Gondiſal. de diuiſio. Regni Sicil. num. 32. fol. mihi 17. num. 32.* vbi ſubdit, quod Rex facit hoc ex poteſtate ordinaria *tex. eſt. notab. in l. ne-*

l. nemo C. de offic. magiſtr. officio. vbi, vt is gradu cęteros antecedet, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire, vbi *gloſ. in Apoſtil.* adducit concordantes *tex. in cap. de multa iuncta gloſ. in verb. literas, & in cap. fin. vbi gloſ. de præbend. & dignit. & in cap. dilecti vbi gloſ. in verb. digniores de elect.* adeſt *tex. in d. l. vnicuique* ibi (*ſcilicet, vt nemini penitus liceat, cum ſit poſterior tempore locum præcedentis ambire; niſi fortè ab eo, qui tempore vincitur laborum comparatione ſuperetur*)

424 CIV. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt propter illud, ſi quis ad exercitum ſe contulerit diebus quindecim ante, quam iter arripuerit, & quindecim poſt quam reuerſus fuerit conueniri non poſſit, nec ciuiliter, nec criminaliter; imo ſi eſt conuentus ſuſpenditur iudicium, quæ dilatio dicitur exceptio hoſtica, *conſt. Hoſtici de except. hoſtic. vbi gloſ. Affl. & alij Cum. ſup. rit. cap.*
425 *42. num. 56.* ✠ Quo priuilegio hoſticę exceptionis gaudent Barones in Comitijs generalibus Regni, aſſidentibus, ex quo Reipublicæ, & Regi Catholico ſeruiunt; de qua re adeas *pragmat. Eccellen. Comitis Caſtri* §. 20. *Intrigl. de feud. cent. 2. art. 96. Petr. de Grego. de Iudic. cauſ. feud. quæſt. 29. & de conceſ. feud. p. 8. quæſt. 4, Giurb. deciſ.* 118. *Cimin. ſuper d,* §. 20. *Domini Comitis*

Caſtri

Caſtri Blaſ. Gondiſal. de diuiſ. Reg. Sicil. fol. 57. & alij penes eos.

426 In comitijs autem generalibus Regni ✠ trinum bracchium interuenire ſolet, Eccleſiaſticum, militare, & demaniale, adnotaui *in lect. pract. ad tex. in l.* 1. *quæſt.* 106. *num.* 1121. *ff. de offic. eius cui mand. eſt Iuriſd.* de Parlamento latè differentem adeas *Dian. p.* 1. *tract.* 3. *per totum*.

427 Sed contingit dubitare, ✠ an perſonæ Eccleſiaſticæ, actiuè, & paſſiuè comprehendantur in d. conſtit. hoſtici? Actiuè compræhenſos eſſe puto; quandoquidem Clerici poſſunt vti ſtatutis fauorabilibus laicorum *Craſ. de eff. Cler. eff.* 2. *num.* 485. paſſiuè autem non compræhenduntur; vnde debitores Clericorum contra illos non poſſunt ſe lętari d. exceptione, nec dilatio conceſſa à Principe temporali extenditur ad debitum Clerici *Craſ. de exceptio. excep.* 32. *num.* 47. & 48. in noua impreſſione *Mut. ſuper pragmat. tit.* 16. *nu.* 81. conducit *pragmat.* 11. *in antiquis tit.*

428 *de dilatio.* ✠ Secularis enim Princeps ſuper clericis nullam habet iurisdictionem, vt dixi *in lectur. practicab. ad tex. in l.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 565. *ff. de*

429 *off. eius cui mand. eſt iuriſd.* ✠ Cõfirmatur à ſimili, vt nec Clericus gaudeat indultu generali à Principe ſeculari cõceſſo *Giurb. conſ.* 74. *n.* 12. *Maſtri.*

T *de*

de indult. cap. 3. *num.* 19. niſi delictum eſſet tale, vt poſſet à Principe ſeculari cognoſci.

430 CV. priuilegium ſeruitij illud eſſe cenſeo ✠ quod ſi Princeps donauerit propter ſeruitia maximè perſonalia, nunquam dicitur læſus; quia celſitudo Principis, vel eius munificentia iudicat eſſe æqualia recompenſationi *Feb. deciſ.* 111. *num.* 14. & 15. & quam plures alij quos adduxi *in lect. pract. ad tex. in l.* 1. *quæſt.* 106. *num.* 1115. *ff. de off. eius*, faciunt ea quæ latè ibidem adnotaui de Principis liberalitate *à num.* 1112. *vſque ad num.* 1127. addo *Caſſiador. lib.* 1. *epiſt.* 12. ibi, (*nec tamen benignitas noſtra, vna remuneratione contenta, honorem geminat, augumenta procurat, & eo ſtudio dona reparat, quaſi debeat omne quod præſtat*) *Tiber. Decian. reſp.* 23. *num.* 79. *Aloyſ. Caſſan.* in allegationibus in lucem editis pro immunitate ſerici Vrbis Meſſanæ *nu.* 241. *Clorit. in eadem cauſa p.* 1. *num.* 78. & 90. *Ioann. Baptiſt. Caſtel. in eadem cauſa num.* 186. & *ſeq.*

CVI. priuilegium, quo ſeruitium perſonale
431 decoratur, illud DD. agnoſcunt ✠ vt licet regulariter gabellæ immunitatis conceſſio, viribus non ſubſiſtat *l. vacuatis C. de decurio. lib.* 10. *l. immunitates C. de Agrico. & Cenſit. lib. cum alijs concordan. Rolan. Aual. conſ.* 76. *num.* 6. *lib.*

2. *Nact.*

2. Natt. conſ. 304. 406. & 686. Nouar. de grauam. vaſſal. grau. 382. n. 3. Caſſan. in allegationibus in lucem editis pro immunitate gabellæ ſerici Vrbis Meſſanæ contra Regium Fiſcum num. 591.

432 ✠ Tamen cauſa legitima concedendi gabellarum immunitatem, ſunt ſeruitia perſonalia, *Caſſan. loc. cit. num.* 486. allegans *Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 13. num. 14. Decia. reſpon. 31. num. 25. lib. 3.*

433 ✠ In ſimili videmus Meſſanæ Vrbem exemptione gaudere ob ſeruitia Regi Rogerio præſtita *ex Bonfil. p. 1. lib. 4. fol. 186. Maurol. Sican. Hiſto. lib. 3. fol. 99. Faſel. dec. 1. lib. 2. cap. 2. Blaſ. Gondiſ. de diuiſio Regni Siciliæ nu. 149. fol. 96. Caſſan. vbi ſupra nu. 143. Bolognet. conſ. 1. Giurb. conſ. 94.*

434 ✠ Hinc etiam adnotare liceat; quod & ſi vera ſit propoſitio, vt baro habens merum & miſtum imperium non poſſit concedere immunitatem gabellarum; cùm hoc vergat in aliorum præiudicium vt dixi *in lectur. pract. ad tex. in l. 1. quæſt. 13. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* addo *Rolan. conſ. 76. lib. 2.*

435 ✠ dicta tamen regula poteſt limitari vt Baro accedente conſenſu Vniuerſitatis, & Proregis, ac Regij Patrimonij confirmatione; poſſit concedere immunitatem gabellarum medicis, vel artium magiſtris, vt eis perſonaliter ſeruiat, & ab eorum terris ne deſcendant *l. 1. C.*

de decurio. lib. 10. *Apetr. de poteſt. Princip. cap.* 23. *Nouar. d. grauam.* 382. *nu.*6. *&* 7.

CVII. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſt il-
436 lud ✠ vt licet regulariter nomina debeant eſſe
437 conſona rebus §. *eſt & aliud Iuſt. de donatio.* ✠
Et nomen ſibi impoſitum, quis fraudulenter
438 mutare nequit *l* 1. *C. de mutat. nomin.* ✠ Tamen
tanta eſt vis ſeruitij perſonalis; vt ſtudio legum
laborantes, ac vacantes, ſuo nomine Imperator
Iuſtianus, Iuſtinianos appellari voluit, vt habetur *in probem. ff. fol.* 2. *col.* 1. *in fine.*

439 Nec diſſimiliter videmus ✠ Meſſanæ Vrbem
Armis Arcadij Imperatoris inſignitam, ex eo
quia, illum Theſſaloniæ obſeſſum, ſuis armis
ſeruiendo liberarunt; vt Ciuitas, quæ ſola ſeruaſſet Imperatorem, ſola Imperatoris inſignia
deferre mereretur *Maurol. Sican. Hoſto. lib.* 3. *fol.* 83.

440 Quamquam aliter ſenſerit ✠ Don Marianus
Valguarnera Panormita, aſſerens, Meſſanam
armis cruce ſignatis vti, ex quo, expulſis à Regno gallis Romanæ Eccleſiæ imperium Meſſenij petiere, vt habes apud *Blaſ. Gondiſal. de diuiſ. Regni Sicil. fol. mihi* 84. Sed tu ne recedas
à priori ſententia, quam ſequuntur infra citandi Authores, qui etiam de priuilegio prædicto
Arcadij meminere inter quos *Caſſanat. in allega-*

tio-

*tionibus in lucem editis pro immunitate ſetici Vrbis Meſſanæ contra Regium Fiſcum num.*170.*Glorit. in eadem cauſa p.*1. *num.* 1. *& num.* 187. *Ioan. Baptiſta Caſtellus in eadem cauſa num.* 24. *Bolognet. conſ.* 1. *num.*35. *Coſt.conſ.*93. *n.* 54.*in indice;* licet ex iniuria impreſſoris propoſitio extenſa non reperiatur *Blaſ. Gondiſ. de diuiſio Regn. Sicil. num.* 108. *fol.* 82. *& num.* 137. *fol.*88. allegans *Bonſil. p.* 1. *lib.* 4. *num.* 186. *& Faſel. dec.* 1. *lib.*2. *cap.*2.

441 Hinc etiam ✠ Carolus Romanorum Imperator, & Rex Boemiæ, Bartolo de Saxoferrato iuris inſigni Doctori, eius conſiliario indulſit, vt ferret inſignia cum leone rubeo, cum caudis duabus, in campeo aureo, vt ipſemet meminit *in tract. de inſig. & arm. num.*3.

442 Nec diſſimiliter, ✠ mardocheus ex quo Aſſuero palam fecit Bagathan, & Thares inſurgere voluiſſe aduerſus Regem, eumdemque occidere, illum ſuper equo Regis, Regio Diademate in capite, veſtibuſque Regis accintum in platea Ciuitatis, ab Aman, tunc primo Aſſuero circumducere magno cum honore fecit. *Eſter cap.*2.*&* 6.

CVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis, quod
443 agnoſcimus eſt illud ✠ vt tanta ſit vis ſeruitij perſonalis Reipublicæ præſtiti, quod officio

functo

functo, adhuc remanent reliquiæ dignitatis, vt latius dixi *in lectur. pract. ad tex. in l. 1. quæſt. 44. num. 656. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* addo *gloſ. in probem. ff. fol. 2. lit. N. col. mihi prima.*

444 CIX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt licet Eccleſiæ Rector, de acquiſitis ex fructibus beneficij diſponere nequeat; ſed illis ſuccedat Eccleſia, cuius fuit beneficialis *cap. 1. & 2.*
445 *de pecul. cler.* ✠ Quamuis Cardinalibus liceat, Summi Pontificis intercedente licentia, teſtari de bonis perceptis cardinalitij galeri, prout *ex Azor. tomo 1. lib. 4. cap. 3. quæſt. 6.* notat *Dian. p. 5. tract. 2. reſol 50.* Et benefacta etiam, quæ beneficialis fecerit in re Eccleſiæ alteri relinque-
446 re nequeat. ✠ Actamen fauore ſeruitij perſonalis poteſt clericus beneficialis relinquere ſeruienti, prout ſtatutum legimus in Concilio Toletano & habetur *in cap. fin. de pecul. clerico* ibi *(niſi forſan cui Epiſcopus, pro ſeruitijs, ac præſtatione Eccleſiæ, largiri voluerit)*, vbi *gloſ. in verb. præſtatione*, exponit, ideſt pro ſeruitijs præſtitis Eccleſiæ *cap. relatum i. 2. de teſtam.* ibi, *& illis, qui viuenti ſeruierant, ſiue conſanguinei ſint, ſiue alij, aliqua iuxta ſeruitij meritum conferantur*, eſt quoque *tex. in clemen. dudum, verſ. verum de ſepult. & in can. quicumque 12. quæſt. 2.* ibi in

in remunerationem promiſerint, promiſſi ſolutionem eos abſoluere oportebit; ita vt ad Concilium Prouinciale deferantur, vt eorum conniuentia confirmetur; quia (ſicut ait Paulus) dignus eſt mercennarius mercede ſua.

CX. priuilegium, quo gaudet ſeruitium per-
447 ſonale illud eſſe cenſemus, ✠ vt licet beneficialis de bonis ſuis regulariter diſponere nequeat, vt ſupra dixi proximo priuilegio, & addo *tex. in*
448 *cap. cum in officijs de teſtam.* ✠ Tamen de eo, quod ſeruitio perſonali acquiſiuit; vt puta artificio poteſt libere diſponere *cap. quia nos de teſtam. Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſſar. verb. Epiſcopus num.* 32. *Oinot. Author damnatus ſed expurgatione permiſſus in §. ſacra num. 7. Inſt. de rer. diuiſio.*

CXI. priuilegium, quo ſeruitium perſonale
449 decoratur, illud eſſe arbitror ✠ quod Eccleſiæ Cathredali, ſiue Parocchiali debetur quarta ab Eccleſia, vbi eligitur ſepultura; quæ funeralis appellatur; de funeralibus, ſeu relictis Eccleſię in qua humatur corpus defuncti *Clemen. dudum §. verum de ſepult. C. T. ſeſſ. 25. de reform. cap.* 13. vbi ſtatuit deberi quocumque priuilegio non
450 obſtante ✠ Et iuxta locorum conſuetudinem debetur quandoque quarta, quandoque tertia, quandoque media pars *cap. certificari de ſepult.*
gloſ.

gloſ. fin. in cap. cum ſuper eod. tit.
451 Hinc Romæ ✝ in Congregatione RR. Præfectorum Vrbis habita coram Eminentiſſimo Vicario, & approbata ab Vrbano VIII. 21. Martij 1629. Intortitia cerei, & candelæ quæ circa cadauera deferuntur æquali portione inter parochos, & miniſtros Eccleſiæ, vbi defuncti corpus humatur diiduntur *ex Piaſeg. in prax. Epiſcop. p. 2. nom. 42. Nouar. in lucer. regul.*
452 *verb. quarta num. 6.* ✝ Quarta autem Parocho debetur, quia dignus eſt operarius mercede ſua *cap. 1. de ſepult. cap nouum de decim.*

CXII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſſe
453 cenſeo, ✝ vt licet quis Deo obſequium præſtans, perfectius agat; ſi operetur non propter propriam beatitudinem acquirendam, ſed potius, quia Dei voluntas eſt exequenda, *Gagliard. in compend. perfectio. Alphonſ. Madrilienſ. de mod. ſer-*
454 *uien. Deo p. 1. cap. 3. & 6.* ✝ Rationem aſſignans ex quo voluntas Dei, tamquam regina cuiuſq: creatæ voluntatis eſt magis expetenda, quam voluntas creata; ſubdit *Gagliard.* voluntas Dei eſt res increata, & actus fruitionis diuinæ eſt res creata, nimirum ſi diuina voluntas bono frui-
455 tionis, & viſionis ſit præferenda. ✝ Tamen, licet hoc maximoperè ad chriſtianam perfectionem referatur; tanta eſt vis ſeruitij perſonalis,

vt

vt abſque labe peccati, quis Deo ſeruire poſſit, vt mercedem gloriæ conſequatur, iuxta illud *pſalm.* 118. *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem* D. Paulus *ad Hebr. cap.* 11. dicens: *Aſpiciebam enim in remunerationem,* & clarius *C.T. ſeſſ.* 6. *can.*31. vbi ſi quis dixerit iuſtificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur anathema ſit *ex D.T.* 2. 2. *quæſt.* 27. *art.*3. *Blaſ. Gondiſ. in diſcurſ. diuiſio. Regni Siciliæ num.* 79. *fol.* 64.

CXIII. priuilegium, quo ſeruitium perſonale
456 lętatur, eſt illud, ✠ quod quamquam Monaci teneantur decimas prædiales ſoluere Parocho,
457 *cap. cum ipſum de decim.* ✠ Tamen hoc fauore perſonalis ſeruitij eſt introductum, vt ex priuilegio Religioſis aliquibus à ſede Apoſtolica impartiatur, ne decimas ſoluant, prædiorum, quę proprijs manibus colunt *cap. ex parte & cap.*
458 *ad audientiã de decim.* ✠ Hinc ſi alijs locant prędia decimas ſoluere tenentur *cap. licet eod. tit.* limita concluſionem, vt decimas prædiales ſoluere teneantur, etiam ſi proprijs manibus excolant; ſi acquiſierint poſſeſſiones ſuper quibus decimæ ſoluebantur *cap. nuper eod. tit.*

CXIV. priuilegium laboris perſonalis illud
459 eſſe cenſemus, ✠ quod licet regulariter denomi-

natio fieri debeat à nobiliori *l. quæritur ff. de ſtat.*
460 *homin.* Tamen ✠ fauore laboris perſonalis, matrimonium potius denominatur à minus digno, quam à digniore; à matre nempè, & non à patre: nam mater eſt oneroſa, doloroſa, & laborioſa *cap. fin. de conuerſ. infidel.*

CXV. priuilegium, quo gaudet perſonale
461 ſeruitium, eſt illud ✠ quod Regijs inſignis nemo vti poteſt *l. 1. C. de his qui poten. nomin.* §. *titulos*
462 *Authen. de mand. Princip.* ✠ At vero ſeruitores Regis in ſignum ſubiectionis, & ſeruitutis, ex conſuetudine ſuperponere poſſunt proprijs inſignis, inſignia Regis *Bart. in tract. de inſig. & arm. nu. 2.*

463 CXVI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt ſeruus domino ſeruiendo, vindicans necem patroni, libertatem conſequatur *l. 1. C. ex quib.*
464 *cauſ. ſer. pro præm. libert. accip.* ✠ Nec diſſimiliter, ſi Reipublicæ ſeruiat, in publicum deferens monetarios, vel militiæ deſortorem, libertatem conſequitur; eſoluto tamen prætio ſerui à Fiſco, domino *l. ſerui, & l. 1. C. eod. vbi gloſ.*

CXVII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
465 ✠ quod licet regulariter votum ſit ſeruandum, à quo ſine proprio ſalutis diſpendio alicui non
466 liceat reſilire *cap. licet de vot.* ✠ Tamen in fauorem maioris ſeruitij Deo in religione præſtandi;

ſi

Digitized by Google

ſi quis voueat religionem, ad cætera vota priora non tenetur, ex quo ſe obligauit ad maius obſequium, & temporale ſeruitium in perpetuum commutatur *cap.ſcripturę de voto.*

CXVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
467 ✠ vt licet regulariter Clericus bello incumbere non debeat *can. eos qui ſemel 20. quæſt. 3. cap. quod in dubijs de pen. Cand. diſquiſ. moral. diſqu. 17. art. 8. Dian. p. 6. tract de bell. reſol. 33.* ſub-
468 dens ex genere ſuo eſſe lethale peccatum ✠ Limitatur tamen dicta concluſio, ſi Clericus Magnatum obſequio ſit deputatus, *cap. ex multa §. de Clericis de Vot.*

CXIX. priuilegium, quo fruitur ſeruitium
469 perſonale, illud eſſe putaui ✠ vt licet Epiſcopi, cęterique Pręlati regulariter à ſubditis procurationes exigere nequeant; quando perſonaliter officium viſitationis impedunt illas exigere poſſunt *cap. procurationes de cenſib. cap. ſi Epiſcopus de offic. ordin. in 6. Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſſ. verb. Epiſcoups* nu. 14. adducens ſacræ Congregationis Concilij declarationem.

470 CXX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt quamquam regulariter excomunicatis quis comunicare non poſſit, ſub excomunicationis
471 ſententia *cap. quod in dubijs de ſent. excom.* ✠ Tamen ſerui, qui ex debito excomunicatis ſeruire

tenentur, quam fuerit in eos lata excomunicationis ſententia, non ſolum poſſunt cum excomunicatis in actibus humanis comunicare; ſed etiam tenentur; ſi tamen adhuc duret obſequij debitum *cap. inter alias de ſent. excom.*

472 Ampliatur primo concluſio ✠ vt idem ſit diſpoſitum in familiari *cap. ſi vere de ſent. excom.*
473 *can. quoniam 11. quæſt. 3.* ✠ Ampliatur ſecundo vt procedat, etiam ſi famulus quis fiat poſt excomunicationem illatam; nam poterit abſque excomunicationis incurſu domino ſeruire, *ex Hurtad. de cenſur. diſput. 9. de excom. diff. 4. nu. 24. Turria. de cenſur. lib. 2. diſput. 13. dub. 5. Conix de Sacram. diſp. 14. dub. 12. nu. 129. Dian. p. 5. tract. 9. reſol. 124.*

474 CXXI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt quamquam regulariter, delinquens ad Eccleſiam confugiens, gaudeat immunitate eccleſia-
475 ſtica *can. diffinitis 17. quæſt. 4.* ✠ Attamen, ſi ſeruus fuerit, qui confugerit ad Eccleſiam, poſt quam de impunitate ſua, dominus eius Clericis iuramentum præſtiterit, ad ſeruitium domini ſui redire compellitur, ſunt verba Innocentij III. Scotiæ Regi ſcribentis *cap. inter alia de immun. Eccleſ. can. metuentes 17. queſt. 4.* vide Oinot. *Authorem dannatum, ſed ex purgatione permiſſum in §. fin. Inſt. de his qui ſunt ſui vel*

alien. iur. ſub num. 7.

CXXII. priuilegium perſonalis laboris, illud
476 eſſe cenſeo ✝ quod licet pater in cauſa filij regulariter atteſtari nequeat *cap. ſi teſtes §. idem teſtis*
477 *idoneus 4. quæſt. 13. l. teſtis idoneus ff. de teſtib.* ✝ Tamen fauore laboris perſonalis in cauſa matrimonij deponere poteſt, quoniam vnuſquiſque genologiam ſuam, tum teſtibus & cartis, tum etiam ex recitatione maiorum ſcire laborat, ſunt verba *Clementis tertij in cap. videtur nobis qui matrim. accuſ. poſſ.*

CXXIII. priuilegium, quo gaudet ſeruitium
478 perſonale, illud eſſe putaui, ✝ vt licet infames ab accuſando repellantur *cap. alieni 2. quæſt. 7.*
479 ✝ Tamen tanta eſt vis ſeruitij perſonalis, vt qui familiariter Epiſcopo ſeruit, ab eo in accuſando repelli nequeat *cap. nulli de Accuſ.* vbi *gloſ. fin.* habet in odium ipſorum ſtatutum eſt, quia ſecum habere debent honeſtas perſonas, & non viles
480 ſeruitores. ✝ Quod notandum cenſeo ad ornatum *C.T. ſeſſ. 13. de reform. cap. 7.* vbi teſtes contra Epiſcopum debent eſſe bonę conuerſationis exiſtimationis, & famę; quæ diſpoſitio videtur limitari in famulis Epiſcopi, qui, ſi non ſint omni exceptione maiores, illos repellere nequit; imputetur enim ſibi, cur tales elegerit familiares cum illos eligiſſe debet, qui perhibeant teſti-

mo-

monium de eius vita *cap. cum paſtoris 2. queſt. 7. gloſ. in d. cap. nulli, verb. familiaritate*: Et generalis diſpoſitio C.T. & ſi poſterior recipit interpretationem à iure comuni.

CXXIV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
481 ✠ vt licet regulariter pro beneficio Eccleſiaſtico conſequendo aliquid dari nequeat abſque
482 labe ſimoniæ *cap. cum in Eccleſiæ de Simo.* ✠ Fauore tamen ſeruitij perſonalis, illud præcipuum cenſetur, vt pro labore ſuſcepto poſſit aliquid, etiam, vltra extimationem laboris dari illi, qui ſe ipſum operatur eundo, & redeundo ad collatorem beneficij, abſque labe ſimoniæ, *ex Rodriq. in ſum. tom. 4. cap. 133. num. 19.* tenet *Dian. p. 2. tract. 16. reſol. 37. & p. 3. tract. 1. reſol. 64.*

CXXV. priuilegium ſeruitij perſonalis, illud
483 eſſe puto, ✠ vt adeo fauore afficiatur perſonale ſeruitium, vt officiale diem functo infra annum heredes illius integrum conſequantur ſalarium comuniter *DD. in l. diem functo ff. de offic. aſſeſſo. & præſertim Iaſ. num. 38. Dec. num. 15. & ſeq. Corſett. in ſuis ſing. verb. ſalarium*, quod incipit licet heres *Eman. Sà in Aphoriſm. Confeſſar. verb. debitum num. 8. Borel. de magiſt. edict. lib. 1. cap. 13. num. 61. & ſeq. Surd. conſ. 42. num. 3. Caroc. de locat. & cond. num. 194. & ſeq. fol. 188. Miſing. obſer. 7. & 8. cent. 3. Maſtril. de magiſtr.*

lib.

lib. 1. cap. 21. num. 48. & ſeq.

484 Ampliatur ✠ concluſio in aduocato, quo diem functo, eius hęredes integrum conſequuntur ſalarium; ex quo per eum non ſtetit, quo minus integras exiberet operas *DD. & gloſ. in d. l. diem functo vbi Dec. num. 15. & ſeq.* qui teſtatur de comuni *l. 1. §. diuus ff. de var. & extraord cognit. l. poſt duos C. de Aduocat. diuerſo. Iudicio.* plures *DD.* quos nouiſſimè recenſet *Scip. Sapien. in addit. ad Intrig. ſing. 42. num. 43. lib. 3. Emanſà loco citato nu.* 8. vbi limitat in ſalario à perſona priuata debito.

485 Limitatur primo in Regno noſtro, ✠ vt vita functis officialibus, integra ſalaria non perſoluantur, ex conſuetudine, de qua meminit

486 *Maſtril. loco cit. num. 51.* ✠ Quod forte accidit, quia eis in Regno ſalaria tertiatim perſoluuntur in quo caſu limitatur diſpoſitio *d. l. diem functo Dec. ibid. num. 17. licet Iaſ. num. 38.* periculoſam dicat limitationem.

487 Limitatur ſecundo concluſio ✠ in ſalario debito artifici artis mecchanice; eo enim mortuo debetur hæredibus pro rata temporis, quo ſeruitium præſtitit *Bart. in l. 1. C. de ſuffrag. Add. ad Dec. in d. l. diem functo ad num.* 18. Cuius ratio eſſe poteſt; quia ſeruitium, quod exibetur in arte mecchanica in corpore principaliter fundatur:

datur:

datur: & ſicut per mortem extinguitur corpus, ita quoque extingui debet ſalarium; ſublato enim fundamento extinguitur illud, quod in eo fundatur *cap. cum Paulus 1. quæſt. 1. §. 1. Inſt. de Vſufr.*

CXXVI. priuilegium ſeruitij perſonalis, illud
488 eſſe arbitror, ✠ vt licet Iudei Chriſtianos pro mancipijs habere nequeant *cap. 1. de Iude. & in Regno habemus cap. 68. Regis Federici*, vbi *Bonior. & Petr. de Greg.* quos ſequitur ibidem *Mut. num. 1.* & hoc ne filij libere, filijs famulentur
489 ancillæ *cap. & ſi iudeos de Iude.* ✠ Nihilominus fauore ſeruitij perſonalis, iudeus Chriſtianũ aſcriptitium habere poteſt in colendis terris
490 ſi illis diutius adhæſit *cap. multorum eod. tit.* ✠ Violare autem dictum præceptum ſi Chriſtianus iudeo ſeruiat, an ſit mortale adeas *Dian. p. 5. tract. 13. reſol. 11. & Mut. ſup. d. cap. 68. Regis Federici.*

CXXVII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
491 illud, ✠ quod licet vnuſquiſque regulariter in ius vocari poſſit; cum ędictum de in ius vocan-
492 do ſit prohibitorium, Tamen ✠ fauore ſeruitij perſonalis, quod Reipublicæ præſtatur; nec prętor, nec Conſul, nec Proconſul, nec cæteri magiſtratus, nec aduocatus, dum actualiter cauſam penes iudicem agit, poſſunt in ius vocari

l. 2.

l.2.ff.de in ius vocand. l.pars litterarum ff.de Iudic. l.nec magiſtratibus ff. de iniur. &c. cap. prohibentur 2. quaeſt. 1. Tiraq. de pen. temper. cauſ. 58. num. 6. Bart. in d. l. 2. vbi ampliat etiam in præcone, bannum promulgante equitando per ciuitatem, ſubdit tamen, quod citari poſſunt vt finito officio compareant.

Hinc meritò ſiculis ſtatutum eſt à Carolo
493 Imperatore Quinto, ✠ ne Iudices M. R. C. & Conſiſtorij durante eorum officio, ſi fuerint conuenti aduerſarios actores cogere nequeant ad cauſam proſequendam; ſicuti nec ipſi durante officio alios conuenire poſſunt, vt habetur in *cap. Regis Caroli* 136. & adeſt *pragmatica* 10. *tit. de offic. Iudic. M.R.C. in antiquis* de quorum intellectu adeas *Maſtril. de magiſtr. lib. 5. cap. 8. num. 62. Mut. ad pragmat. tit. 2. pragm.* 10. Quod ſi ampliatur etiam in cauſa ſpolij, & quo ad officiales perpetuò vide *Maſtril. deciſ.* 270. Et quid reſpectu vxoris, & filiorum *deciſ.* 281.

Cæterum illud aliquando fuit in Regno hæ-
494 ſitatum, ✠ an Iudex M. R. C. durante officio, alieno nomine, vt puta, tutorio, vel ſimili poſſit alios conuenire? Qua in re negatiuè reſpondent *ex Anto. Sol. ſuper conſtit. pedemon. tit. de mino. decret. gloſ. 3. num. 4. & 5. fol. 95. Mut. ſup. prag.* 10. *num. 8. Anto. de Virg. de legit. perſo. cap.* 5

num. 6. tex. eſt notab. in l. pars literarum ff. de iudic. ibi (*ſummos magiſtratus, qui in adminiſtratione erunt anno, neque propriam cauſam introducere oportet, neque actores, neque reos eſſe, nec in eorum quidem cauſis, quorum tutores, vel curatores ſunt*).

495 Et licet reperiam *in d. pragmat.* 10. ✠ quod dicti Iudices prohibeantur proprias cauſas agitare, ibi (*niſi cauſas proprias*) & vlterius reperiam ſeruatum in M. C. quod dum Spectab. quondam Don Cataldus Fimia, officio Iudicis M. R. C. fungeretur, vt Curator Don Alberici de Iacio; petijt compotum adminiſtrationis tutelæ contra Donnam Aleonoram de Iacio coram ſpectabilibus, videlicet, Ioſeph Faracio, & Don Iacobo Corſetto. Tamen, hoc forte proceſſit ex indultu domini Proregis. Et ſtatuta Regni recipiunt interpretationem à iure comuni, *&* à *tex. in d. l. pars litterarum*; & ob id à prædicta opinione, vt neque alieno nomine conuenire

496 poſſit, non recederem. ✠ Eo magis quia, ratio cur alias pendente officio conuenire nequeunt, eſt, ne iudices fauorabiliores eis ſe oſtendant, & æqualitas quæ in iudicijs ſeruanda eſt, vt ſupra dixi non ſeruaretur; quæ ratio æque militat, ſi nomine proprio, vel alieno in iudicio conueniunt.

Nec

497 Nec ✝ obſtat *tex. in l. ſi abſenti ff. de legatio.*
ibi (*qui legationis officio fungitur, licet ſuum negotium curare non poſſit; magnus tamen Antonius permiſit ei, pupilli nomine, & inſtituere, & defendere cauſam; licet legationi, quam ſuſcepit nondum renuntiauerit*) Nam loquitur de legatis, & ſic in diuerſis terminis, & ex diuerſis non benè infertur *l. Papinianus ff. de mino.*

CXXVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis
498 eſt ✝ vt iure comuni non obſtante, & lege Regni; officialis perpetuus; ſiue ad beneplacitum, durante officio agere, & conueniri poteſt *Cephal. conſ. 439. num. 85. lib. 3. Anton. de Ball. ſuper pragmat. 10. tit. 2. num. 3. fol. mihi 203. ex Surd. conſ. 106. num. 38. & alijs; Mut. ſup. d.*
499 *pragmat. 10. tit. 2. num. 16.* ✝ Attamen fauore ſeruitij perſonalis, illud in M. C. fuit diſceptatum in cauſa procuratoris RR. PP. Theatinorum Vrbis Panormi, contra Antoniam Buccadiſoco de Menſe Maij 1617. in qua dicta conuenta, aſſerebat non teneri *tamqnam* tutrix ad redendum compotum tutelæ; ex quo Illuſtris Don Marius Cannizaro, Regens in ſupremo Concilio rerum Italicarum ſuæ Catholicæ Maieſtatis, contutor erat abſens, & vacabat ad ſeruitia Regis, & ob id, eo abſente non tenebatur reddere compotum *ad tex. in l. non alias ff. de*

Iudic. Bonifac. de Rogeri conſ. 2. lib. 1. num. 33. & ſequen. Mut. ſup. d. pragmat. 10. tit. 2. nu. 8.
500 ✠ Nec in meritò hoc fuit prætenſum, ex quo contutores videntur confideiuſſores; & ſi abſens cauſa Reipublicæ conueniri nequit, nec eius fideiuſſor *l. ſi quis cum fideiuſſorem ff. ſi quis cau-*
501 *tio.* ✠ Et iſtud etiam procedit cautione de iudicio ſiſti non obſtante *ad tex. in l. 2. §. ſi quis municipalis ff. eod.*

CXXIX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
502 ✠ vt licet regulariter omnes ad obſeruationem ieiunij, Eccleſiæ præcepto impoſiti, teneantur *can. non oportet diſtin. 3. can. conſtituimus di-*
503 *ſtinſ. 76.* ✠ Quod tamen intellige ab anno vigeſimo primo ſupra; antea enim, cum indigeant nutrimento non tenentur ad ieiunia eccleſiaſtica *D. T. 2. 2. quæſt. 147. art. 4. Abb. Panor. in rubr. de obſeruat. ieiun. vbi Addit. lit. A. Graſ. deciſ. aur.*
504 *lib. 2. cap. 27. num. 41.* ✠ Nihilominus, qui perſonaliter laborant; vt puta meſſores, foſſores, Aratores, ſeminatores, fabri lignarij, ferrarij, lapicide, curſores, pedeſtres, & alij ſimiles excuſantur ab obſeruatione ieiunij *Silueſt. in ſumm. verb. ieiunium §. 24.* allegans *Bullam Eugenij 4. Tolet. in ſum. lib. 6. cap. 4. num. 3.* vbi *Victorel. in addit. Eman. Sà in Aphoriſ. verb. ieiunium num. 9. ex Ioan. de la Crux. Azor. & Faghund. nouiſſime Dia.*

p.1.reſol.moral.tract.de ieiun.reſol.9.vbi reſol. 7. loquitur de ſutoribus *reſol.* 8. de ſartoribus, & barbitonſoribus, *reſol.* 10. & 11. de prædicatoribus, magiſtris, & muſicis, & *reſol.* 12. de aduocatis, & procuratoribus, quas in cuiuſque caſus contingentia videas.

CXXX. priuilegium ſeruitij perſonalis illud
505 eſſe arbitror ✝ vt licet regulariter Clerici percuſſor à nemine abſolui poſſit, niſi à Romano Pontifice *cap. porrò de ſent. excomun.* cum alijs
506 concordantibus; ✝ niſi fuerit leuis percuſſio, quo in caſu poteſt abſolui, etiam ab Epiſcopo *cap. peruenit eod. tit. latè Iulii. Cart. deciſ. crim.*
507 3. *num.* 11. *& ſeq.* ✝ Nihilominus fauore ſeruitij perſonalis, ſi ſeruus alicuius clericum enormiter læſerit, pro abſolutione Romanum Pontificem adire non tenetur, ſi graue damnum domino inferatur *cap. relatum de ſent. excom. Tolet. in ſumma lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 3. *Dian. p.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 6. *verſic.*

CXXXI. priuilegium ſeruitij perſonalis, illud
508 eſſe cenſeo ✝ vt feriæ, & dilationes meſſium, vendemiarumque introductæ fuere in fauorem ſeruitij perſonalis: nam vt ait Vulpianus, quia occupati circa rem ruſticam in forum veneri compellendi non ſunt *l.* 1. *ff. de ferijs.*
509 Et licet ✝ prædictæ feriæ meſſium, & vendemia-

miarum non ſeruentur, vt *ex Tuſc. in verb. feriæ concluſ.* 97. & *ex Aſſlit. in prælud. conſt. Regni quæſt.* 9. *num.* 6. & 7. de noſtratibus aduertit *Mut. ſup. pragmat. tit.* 26. *num.* 29. ex eo fortè, quia cum in Regno procedatur ſola facti veritate inſpecta, feriæ introductæ in hominum vtilitatem non ſeruantur *Clemen. ſæpe de verb. ſignif.* adnotaui ex nonnullis *ad pragm. vnicam de mo-*
510 *do procedendi ſummarie p.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. ✠ Tamen in Regno noſtro fauore perſonalium ſeruitiorum aliæ feriæ ſeruentur, nempe Tonnariæ, & cannamelarũ, ſi dimidiã vel tertiã partẽ arbitrij habuerit, alias ſi actu miniſtrauerit, vt habetur *in pragmat.* 2. *tit. de dilatio. in antiquis*
511 *vbi Mut. num.* 27. & *ſeq.* ✠ Qui tamen dicta dilatione frui voluerit debet adnotari in matricula M. R. C. vt habetur *in pragm. Eccell. domini Comitis Caſtri* §. *vltimo.*

CXXXII. priuilegium ſeruitij perſonalis, il-
512 lud eſſe cenſemus ✠ quod licet diebus dominicis, alijſque feſtiuis diebus, quilibet Chriſtianus miſſam audire teneatur *can. miſſas de conſecrat.*
513 *diſtin.* 1. ✠ Tamen perſonaliter ſeruientes in ouibus, & armentis cuſtodiendis, vel alio ſimili ſeruitio impediti ab auditione miſſæ excuſantur *Tolet. in ſum. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. *vbi Victorel. in addit. Graſ. lib.* 2. *deciſ. aur. cap.* 36. *num.* 5.

Eman.

Eman. Sà in Aphoriſ. confeſſ. verb. Miſſæ auditio num. 3. allegans *Nauar. in manual. cap.21. nu.3. Silueſt. in ſum. verb. miſſa ſecunda Vener. in exam. Epiſcop. lib.6. cap.10. nu.59.*

CXXXIII. priuilegium ſeruitij perſonalis
514 eſt ✠ licet enim captiuitas ſit naturali iuri contraria *§. ius autem gentium Inſt. de Iur. nat. gen. &
515 ciuil.* ✠ Tamen adeo fauorabilis eſt ſeruitium perſonale; vt ſi quis iuſto bello captus fuerit, licitè & tuta concientia à domini ſeruitio deſiſtere nequeat, & ab eo aufugere, ſecundum nonnullorum ſententiam, quam tuentur *Nauar. in ſum. cap.17. num.103. Lorca 2.2. quæſt.54. memb. 1. num. 29. gloſ. eſt notab. in can. ius gentium verb. ſeruitutes diſtin.1.* vbi ſi bellum eſt iuſtum, qui capitur fit ſeruus capientis; & ſi aufugit, peccat taliter captus *D. Anto. 3. p. 1. 3. cap. 6. §. 4. Fortun. in l. manumiſſio ff. de Iuſt. & Iur.* cui opinioni fauet *tex. in can. ſi quis ſeruum 17. quæſt. 4.* vbi ſi quis ſeruum alienum cauſa religionis doceat contendere dominum ſuum, & recedere à ſeruitio eius; clariſſimè in omnibus arguitur.

516 Oppoſitum tamen ✠ magis probabiliter tenent DD. vt poſſit aufugere, niſi promiſiſſet non aufugere. *Couar. in reg. peccatum p.2. §.11. num. 6.* ex pluribus *Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſ.*

verb.

verb. ſeruus num. 1. & verb. bellum num. 7. latè Dian. p. 6. reſol. moral. tract. de bell. reſol. 14. Candid. diſquiſitio moral. diſquiſ. 17. art. 7. num. 8. & alij penes eos §. *item ea Inſt. de rer. diuiſ.* ibi *(vt liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur; qui tamen, ſi euaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint priſtinum ſtatum reci-*
517 *piunt)* ✠ Conducit concluſio, vt tuta concientia damnatus ad triremes poſſit ab eis aufugere. *Dian. p. 2. tract. 17. reſol. 59.*
518 Nec obſtat *tex. in d. can. ſi quis ſeruum,* ✠ nam non loquitur de ſeruo ex captiuitate, ſed per natiuitatem, vel ex venditione facto, vel ex alijs modis, ex quibus ſeruitus contrahitur, de quibus *per Silueſt. in ſumm. verb. ſeruitus num. 3. & ita tex.* prædictum intelligit *Candid. loco cit. dub. 7. verſ. reſpondetur.* Et hæc ſecunda opinio eſt in praxi recepta, tutaque concientia teneri poteſt.
CXXXIV priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
519 ✠ vt licet ſeruus quicquid acquirat, etiam ex ſuis operis domino acquirat §. *item placet Inſt. per*
520 *quas perſo. nob. acquir.* ✠ tamen tanta eſt vis ſeruitij perſonalis, & ſeruienti fauor indulgetur; vt ſeruus iuſto bello captus eſt dominus eorum quæ lucratur ſuo artificio, poſt præſtita debita ſeruitia domino, *Sot, lib. 4. ſent. quæſt. 1. art. 2. Lopez p. 2. cap. 33. Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſſ.*
verb.

verb. ſeruus num. 6. Dian. p. 2. reſol. moral. tract. 17. reſol. 58. vbi plures recentiores allegat.

CXXXV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
521 ✠ illud, vt tanta ſit neceſſitas ſeruitij perſonalis quod publico muneri addicti cogi poſſunt ad ſeruiendum in eorum officio accepto competente ſtipendio, exempli gratia, aduocatus cogi poteſt à Iudice patrocinari litiganti, habito legitimo ſalario *l. prouidendum C. de poſtul. l. 1. §. ait prætor verb. habebunt ff. eod. Fum. in ſumm. verb. aduocatus n. 10. Eman. Sà in Aphoriſm. Confeſſ. verb. iudiciales actus tit. de Aduocat. & notar. n. 1.*

522 Nec diſſimiliter ✠ Notarius, ſiue tabellio cogi poteſt ad conficiendum inſtrumentum habito competenti ſtipendio, & ob id dicitur ſeruus publicus *l. 2. C. de Adoptio. §. cum autem impubes vbi gloſ. verb. perſonæ publicæ Inſt. de adoptio. vbi Aret. num. 6.* & tamquam omnium abortiuus *Oinot. Author dannatus, ſed ex purgatione permiſſus num. 7. Hoſt. in ſum. tit. de fid. Inſtrum. Silueſt. in ſumm. verb. tabellio num. 5. Eman. Sà loco cit. num. 5. Fum. in ſum. verb. notarius vide*
523 *Intrigl. ſing. 75. nu. 32. lib. 1.* ✠ Et ſi mandato Iudicis inſtrumentum non conficiat poteſt officio priuari DD citati, & præſertim *Oinot. Author dannatus, ſed cum ex purgatione permiſſus.*

CXXXVI. priuilegium ſeruitij perſonalis il-

524 lud eſſe arbitror ✝ vt licet regularibus donatio nes, & munerum largitiones prohibeantur ex *Bulla Clementis VIII. de largitione munerum*, ad cuius ornatum plura adduxit *Dian. p. 1. reſol.*
525 *moral. tract. 6.* ✝ Tamen benè poſſunt regulares donare in ſeruitij remunerationem, vltra ſeruitium acceptum, etiam in quarta parte *Barboſ. in l. quæ dotis num. 60. ff. ſol. matrim. Hiero. Gened. de paup. religio. dub. 17. num. 13. Dian. d. tract. 6. reſol. 15.* vbi alios allegat.

CXXXVII. priuilegium ſeruitij perſonalis
526 eſt, ✝ vt de Iure communi, ſi Sacerdos ſe obligauit ad celebrationem miſſę, non habito integro ſtipendio à conſuetudine, vel Epiſcopo taxato, poteſt ab alio reſiduum ſtipendij accipere, & pro omnibus ſacrificium offerre *ex Suar. in 3. p. D. D. tom. 3. diſput. 86. ſectio. 4. Molfeſ. in ſum. tom. 1. tract. 3. cap. 17. num. 89. Dian. p. 1. tract. 14.*
527 *reſol. 7.* ✝ Ampliatur concluſio ſecundum aliquos, vt procedat non obſtante nouiſſimo decreto Eminentiſſimorum Cardinalium de celebratione miſſarum §. 3. ſi Sacerdos nihil habet, vnde viuat, & coactus ſe obligauit ex oblato ſtipendio ita *Peirin. de priuileg. Regul. tom. 3.*
528 *cap. 1. nu. 26.* ✝ Oppoſitum tamen tenet *Dian. d. reſol. 7. & p. 5. tract. 13. reſol 52* quandoquidem Congregatio mandat ſub obteſtatione diuini iu-

Digitized by Google

iudicij, vt tot miſſæ dicantur, quot fuerunt præſcriptæ, & acceptatæ; quamuis recepta ſtipendia ſint exigna, & incongrua: vnde cum lex indiſtincte loquatur, indiſtinte debet intelligi *l. 4. §. & generaliter ff. de legat. præſt.*

529 Ampliatur concluſio + vt ſicut famulus, ſeu operarius cui condigna merces non tribuitur, poteſt damnum ſuum reſarcire, etiam ſi in principio ob paupertatem coactus ſit paciſci pro iniuſto, & inæquali ſtipendio vt dicunt *DD.* quos

530 allegaui *in num. 526.* + Ita è contra, ſi tempore neceſſitatis, vt puta meſſium, vendemiarum, & ſimilium, operarij exceſſiuè ſalarium petunt, poſſet eorum merces à magiſtratu legitimè taxari *ex Affl. in conſt. magiſtros num. 3. de fid. Mercat. Apon. de poteſt. Proreg. fol. 514. num. 11. tenet Nouar. de grauam. Vaſſal. grauam. 117 nu. 5. & deciſ. 191. nu. 2.*

CXXXVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis

531 eſt + vt adeo fauorabile cenſeatur, quod ſi Parochus in Parocchia reſideat, & per ſe ipſum perſonaliter non inſeruiat, ſed per alios non faciat fructus ſuos; non enim ſufficit reſidentia materialis, ſed requiritur formalis ad lucrandum fructus Parocchiæ *ex Ioan. Sanc. in ſelect. diſput. 47 num. 4. Petr. Aragon. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. §. ſed pro explicatione huius difficultatis Lugdo.*

Digitized by Google

de San. Ioan. in tract. de offic. diuin. art. 13. Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 4. reſol. 56.

CXXXIX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
132 ✠ vt miſſa controuerſia inter DD. ſi iuriſditio, quam habent Inquiſitores erga familiares extra hæreſim ſit eccleſiaſtica, vel ſecularis à Rege conceſſa; qua in re ſecularem eſſe tenent *Pont. de matrim. lib. 5. cap. 11. num. 15. & ſeq. Don. Mar. Catel. ad l. Regni Siciliæ poſt cap. 21. Regis Martini de concordia cap. 4. num. 25. vſque ad*
133 *num. 40.* ✠ Oppoſitum verò, quod imò prædicta iuriſditio ſit eccleſiaſtica probat *Dian. p. 1. tract. 2. reſol. vltim. & p. 4. tract. 8. reſol. 55.* vbi inter cæteros allegat *Param. de orig. Inquiſ. lib. 3. quæſt. 6. num. 27.*

Tamen citra veri præiudicium, demus fortè, quod huiuſmodi iuriſditio eſſet temporalis, &
134 à Rege conceſſa ✠ ex quo pro ſeruitijs perſonalibus indulta fuiſſet; eſſet irreuocabilis abſque conſenſu Inquiſitorum *Dioniſ. Fortecarrero in allegatione pro iuriſditione Sanctæ Inquiſitionis num. 44. Dian. p. 4. reſol. moral. tract. 1. reſol. 81.* ſubdens priuilegium conceſſum propter ſeruitia facta, Tribunali Sancti Officij ob bonum publicum, concludunt quæ adduxi *ſupra priuilegio 36.* vbi latè.

CXXXX. Priuilegium ſeruitij perſonalis

eſt

Digitized by Google

535 eſt ✠ adeo enim priuilegio afficiuntur familiares, & ſeruientes, vt ſi à Summo Præſule indulgeatur alicui, vt in priuatis oratorijs poſſit miſſa celebrari in eius, & ſuorum familiarium præſentia, etiam abſente domino, poteſt miſſa in dictis oratorijs celebrari, intereſſetibus famulis *ex Ludou. à Cruce diſput. 1. cap. 5. dub. 3. num. 5. Dian. p. 4. reſol. moral. tract. 4. reſol. 13.* & illa dictio coniunctiua, *& in ſua & ſuorum familiarium præſentia*, fauore ſeruientium reſoluitur in disiunctiuam, prout ex pluribus notauit *Dian. loco cit.*

CXXXXI. priuilegium ſeruitio perſonali in-
536 dultum eſſe arbitror ✠ vt licet ſatis fuerit diſceptatum inter DD. ſi offendentes Clericos familiares Eminentiſſimorum Cardinalium incurrant in excomunicationem bullæ cenæ domini ſi illorum intuitu eoſdem percuſſerint: & affirmatiuam ſententiam *ex Armil. Viuald. tenet Sayr. de cenſur. lib. 3. cap. 15. num. 3.* licet alij oppoſitum ſentiant quos recenſet *Dian. p. 5. reſol. mo-*
537 *ral. tract. 2. reſol. 83.* ✠ Tamen certum eſt, quod incurrant in excomunicationem ſummo Pontifici reſeruatam, de qua *in cap. felicis de pen. in 6. ex bull. Pij V. edita anno 1569. Alter. de cenſur. tom. 1. lib. 5. diſput. 12. cap. 3. Suoſa in bull. cenæ domini cap. 12. diſput. 66. n. 3. Dian. loco cit.*

CXXXXII.

CXXXXII. priuilegium ſeruitij perſonalis
538 eſt, ✠ licet enim regulariter Collegium, ſiue Societas plurium perſonarum ſit prohibita *l. fin. C. de iuriſd. omn. Iudic.* & plura ad rem congerit
539 *Boer. in tract. de ſeditioſ.* §. 15. *num.* 3. ✠ Tamen fauore ſeruitij perſonalis, vt puta auri fodinarum argenti fodinarum, vel ſalinarum eſt permiſſum *l.* 1. *ff. quod quiſq. Vniuerſ.* conducunt tradita per *Boer. loc. cit. num.* 4.

CXXXXIII. priuilegium ſeruitio perſonali
540 indultum, illud cenſemus ✠ vt licet regulariter ex cauſa familiaritatis, quis à teſtimonio ferendo repellatur *l. etiam C. de teſtib. cap. in literis*
541 *de teſtib.* ✠ Tamen tanta eſt uis ſeruitij, quod Cardinalibus & Epiſcopis præſtatur, vt eorum familiares, & ſeruitores integri boni, & honeſti præſumantur, & ob id etiam in fauorem dominorum poſſunt teſtificari *ex Alban. in tract. de Cardinal. quæſt.* 41. *priuileg.* 11. *Felin. in cap. in literis num.* 7. *de teſtib. Dian. p.* 5. *reſol. moral. tract.* 2. *reſol.* 56.

CXXXXIV. priuilegium ſeruitij perſonalis
542 eſt, ✠ vt adeo ſit fauorabile, quod iniuria facta famulo cenſeatur facta domino; adeo vt ſuadentes ſeruas, vel famulas, animo cum eis coeundi, vel furtum committendi triremium pena puniantur, & contra illos poteſt Fiſcus principaliter

agere

agere iuxta *pragmat. vnic. tit.* 43. *in antiq. p.* 1. vbi *Mut. num.* 21. *Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. quaeſt.* 23. *num.* 243.

CXXXXV. priuilegium, quo gaudet perſonale ſeruitium, illud adnotatione dignum eſt
543 ✝ vt ſicut legati de iure gentium, & ſi hoſtium ſint, inuiolabiles eſſe debent iuxta *tex. in l. fin. ff. de legatio.* ibi (*ſi quis legatum hoſtium pulſaſſet contra ius gentium, id commiſſum exiſtimatur, quia ſancti habentur legati*) vbi *gloſ. in verb. ſancti* exponit ideſt inuiolabiles *l. ſanctum* §. 1 *ff. de rer. diuiſ. Tull. oratio.* 3. *in Verr.* ex pluribus
544 *Dian. p.* 6. *reſol. moral. tract.* 8. *reſol.* 21 ✝ Ita etiam, huiuſmodi priuilegium iuris inuiolabilis fauore ſeruitij perſonalis, famulis legatorum competere cenſendum eſt *ex Franc. de Vayer. de legatio. cap.* 4. *Cabed. decis.* 116. *num.* 2. *p.* 2. tenet *Dian. loco cit. verſ. atque ex his*; limitans tamen concluſionem in famulis, & legato, ſi delicta committant atrociora; priuilegium enim intelligitur de legationis munere, & de re ad legationem ſpectante.

CXXXXVI. priuilegium, quo gaudet ſeruitium perſonale, illud notatu dignum eſſe cenſe-
545 mus ✝ vt adeo fauore afficiatur ſeruitium perſonale, vt ſportulae, quae officialibus debentur, ſucceſſeruntque loco ſalarij, Princeps ſupremus de

col-

Digitized by Google

collatis officijs nequeat partem eius applicare commodo, *ex Sot. de Iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 4. verſ. hinc fit Leſſ. de Inſtit. & Iur. tit. de except. perſo. concluſ. 4. num. 28. Capiblan. pragmat. 4. num. 14. Affl. in conſt. cum iuſta* de communi teſtatur *Maſtril. de magiſt. lib. 1. cap. 22. num.* 35. vbi allegat *tex. in cap. vnico vt Eccleſ. beneſ.* ibi *(te comperimus culpabilem circa honeſtatem facti, quod non licuit expactione, vel conuentione quacumque concedere nudum officium & ſibi retinere prouentus)*

546 Limitatur concluſio ✝ in officijs concedendis, vel creandis, cum in eis eligendi nullus ius habeant; & ob nulla fit iniuria futuris eligendis, qui optimè illa reſpuere poſſunt, ſi conditioni non acquieſcunt *ex Maſtril. loc. cit. num.* 33. *&*

547 *ſeq.* allegans *Sot. Valen. & Carol. de Tapp.* ✝ Sublimita concluſionem, vt cum in Regno noſtro *ex cap. Regis Alphonſi* 359. Regnum ſit liberum à nouis exactionibus, & grauaminibus, prædictaque exactio departe ſportularum eſſet nouum grauamen, vtique etiam de officijs creandis à Rege exigi nequit ex pluribus *Maſtril. loco cit. num.* 38. *& ſeq. vbi num.* 48. habet, quod cum caſus accidiſſet in Regno tempore regiminis Marchionis Villenæ, & ipſe vt vnus de ſacro concilio ita votaſſe teſtatur, prout maior

pars

pars dominorum, paucis exceptis votauit, & ſecundum prædicta fuit exequutum.

CXXXXVII. priuilegium ſeruitij perſona-
548 lis eſt, ✝ vt licet à muneribus publicis regulariter nemo ſit exemptus, vt ſupra *dixi priuilegio* 41. Tamen Nauicularij, qui annonę Vrbis ſeruiunt immunitatem à muneribus publicis conſequuntur, quamdiù in huiuſmodi actu ſunt *l.*
549 *ſemper. §. ideſt. ff. de Iur. Immun.* ✝ Nauicularij vero, qui annonę Vrbis non ſeruiunt, ſed magnam partem patrimonij et rei contulerunt, intra quinquennium muneris publici vacationem habent, ſi actu ſeruiunt, & non vltra *l. nauicularij ff. de muner. & honorib. gloſ. in d. §. ideſt verb. annonæ.*

CXXXXVIII. priuilegium, quo gaudet ſer-
550 uitium perſonale ✝ illud eſſe cenſeo, vt Veterani milites, ideſt emeriti, & extra militiam propter merita poſiti nonnullis decorantur priuilegijs, & præſertim, vt nullo munere ciuili, hoc eſt perſonali, nec in operibus publicis, nec in collatione extraordinaria conueniantur, nec in ſimilibus, de quibus *in l.* 1. *& per tot. tit. ff. de priuileg. Veter. lib.* 12. Ea ratione, vt quiete poſt labores ſuos perenniter perfruantur *d. l.* 1. *l. muneribus, & ibi gloſ. ff. de excuſat. & vacatio. muner.*

Digitized by Google

verb. ſeruus num. 1. & verb. bellum num. 7. latè Dian. p. 6. reſol. moral. tract. de bell. reſol. 14. Candid. diſquiſitio moral. diſquiſ. 17. art. 7. num. 8. & alij penes eos §. *item ea Inſt. de rer. diuiſ.* ibi (*vt liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur; qui tamen, ſi euaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint priſtinum ſtatum reci-*
517 *piunt*) ✝ Conducit concluſio, vt tuta concientia damnatus ad triremes poſſit ab eis aufugere *Dian. p. 2. tract. 17. reſol. 59.*
518 Nec obſtat *tex. in d. can. ſi quis ſeruum,* ✝ nam non loquitur de ſeruo ex captiuitate, ſed per natiuitatem, vel ex venditione facto, vel ex alijs modis, ex quibus ſeruitus contrahitur, de quibus *per Silueſt. in ſumm. verb. ſeruitus num. 3. & ita tex.* prædictum intelligit *Candid. loco cit. dub. 7. verſ. reſpondetur.* Et hæc ſecunda opinio eſt in praxi recepta, tutaque concientia teneri poteſt.

CXXXIV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
519 ✝ vt licet ſeruus quicquid acquirat, etiam ex ſuis operis domino acquirat §. *item placet Inſt. per*
520 *quas perſo. nob. acquir.* ✝ tamen tanta eſt vis ſeruitij perſonalis, & ſeruienti fauor indulgetur; vt ſeruus iuſto bello captus eſt dominus eorum quæ lucratur ſuo artificio, poſt præſtita debita ſeruitia domino, *Sot. lib. 4. ſent. queſt. 1. art. 2. Lopez p. 2. cap. 33. Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſſ. verb.*

verb. ſeruus num. 6. Dian. p. 2. reſol. moral. tract. 17. reſol. 58. vbi plures recentiores allegat.

CXXXV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
521 ✠ illud, vt tanta ſit neceſſitas ſeruitij perſonalis quod publico muneri addicti cogi poſſunt ad ſeruiendum in eorum officio accepto competente ſtipendio, exempli gratia, aduocatus cogi poteſt à Iudice patrocinari litiganti, habito legitimo ſalario *l. prouidendum C. de poſtul. l. 1. §. ait prætor verb. habebunt ff. eod. Fum. in ſumm. verb. aduocatus n. 10. Eman. Sà in Aphoriſm. Confeſſ. verb. iudiciales actus tit. de Aduocat. & notar. n. 1.*

522 Nec diſſimiliter ✠ Notarius, ſiue tabellio cogi poteſt ad conficiendum inſtrumentum habito competenti ſtipendio, & ob id dicitur ſeruus publicus *l. 2. C. de Adoptio. §. cum autem impubes vbi gloſ. verb. perſonæ publicæ Inſt. de adoptio. vbi Aret. num. 6.* & tamquam omnium abortiuus *Oinot. Author dannatus, ſed ex purgatione permiſſus num. 7. Hoſt. in ſum. tit. de fid. Inſtrum. Silueſt. in ſumm. verb. tabellio num. 5. Eman. Sà loco cit. num. 5. Fum. in ſum. verb. notarius vide*
523 *Intrigl. ſing. 75. nu. 32. lib. 1.* ✠ Et ſi mandato Iudicis inſtrumentum non conficiat poteſt officio priuari DD citati, & præſertim *Oinot. Author dannatus, ſed cum ex purgatione permiſſus.*

CXXXVI. priuilegium ſeruitij perſonalis il-

524 lud eſſe arbitror ✝ vt licet regularibus donatio nes, & munerum largitiones prohibeantur ex *Bulla Clementis VIII. de largitione munerum*, ad cuius ornatum plura adduxit *Dian. p. 1. reſol.*
525 *moral. tract. 6.* ✝ Tamen benè poſſunt regulares donare in ſeruitij remunerationem, vltra ſeruitium acceptum, etiam in quarta parte *Barboſ. in l. quæ dotis num. 60. ff. ſol. matrim. Hiero. Ge-ned. de paup. religio. dub. 17. num. 13. Dian. d. tract. 6. reſol. 15.* vbi alios allegat.

CXXXVII. priuilegium ſeruitij perſonalis
526 eſt, ✝ vt de Iure comuni, ſi Sacerdos ſe obligauit ad celebrationem miſſę, non habito integro ſtipendio à conſuetudine, vel Epiſcopo taxato, poteſt ab alio reſiduum ſtipendij accipere, & pro omnibus ſacrificium offerre *ex Suar. in 3. p. D. D. tom. 3. diſput. 86. ſectio. 4. Molfeſ. in ſum. tom. 1. tract. 3. cap. 17. num. 89. Dian. p. 1. tract. 14.*
527 *reſol. 7.* ✝ Ampliatur concluſio ſecundum aliquos, vt procedat non obſtante nouiſſimo decreto Eminentiſſimorum Cardinalium de celebratione miſſarum §. 3. ſi Sacerdos nihil habet, vnde viuat, & coactus ſe obligauit ex oblato ſtipendio ita *Peirin. de priuileg. Regul. tom. 3.*
528 *cap. 1. nu. 26.* ✝ Oppoſitum tamen tenet *Dian. d. reſol. 7. & p. 5. tract. 13. reſol 52* quandoquidem Congregatio mandat ſub obteſtatione diuini iu-

iudicij, vt tot miſſæ dicantur, quot fuerunt præſcriptæ, & acceptatæ; quamuis recepta ſtipendia ſint exigua, & incongrua: vnde cum lex indiſtincte loquatur, indiſtinte debet intelligi *l. 4. §. & generaliter ff. de legat. præſt.*
529 Ampliatur concluſio ✝ vt ſicut famulus, ſeu operarius cui condigna merces non tribuitur, poteſt damnum ſuum reſarcire, etiam ſi in principio ob paupertatem coactus ſit paciſci pro iniuſto, & inæquali ſtipendio vt dicunt *DD.* quos
530 allegaui *in num. 526.* ✝ Ita è contra, ſi tempore neceſſitatis, vt puta meſſium, vendemiarum, & ſimilium, operarij exceſſiuè ſalarium petunt, poſſet eorum merces à magiſtratu legitimè taxari *ex Affl. in conſt. magiſtros num. 3. de fid. Mercat. Apon. de poteſt. Proreg. fol. 524. num. 11. tenet Nouar. de grauam. Vaſſal. grau. 117 nu. 5. & deciſ. 191. nu. 2.*
CXXXVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis
531 eſt ✝ vt adeo fauorabile cenſeatur, quod ſi Parochus in Parocchia reſideat, & per ſe ipſum perſonaliter non inſeruiat, ſed per alios non faciat fructus ſuos; non enim ſufficit reſidentia materialis, ſed requiritur formalis ad lucrandum fructus Parocchiæ *ex Ioan. Sanc. in ſelect. diſput. 47 num. 4. Petr. Aragon. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. §. ſed pro explicatione huius difficultatis Lugdo.*

de San. Ioan. in tract. de offic. diuin. art. 13. Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 4. reſol. 56.

CXXXIX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
532 ✠ vt miſſa controuerſia inter DD. ſi iuriſditio, quam habent Inquiſitores erga familiares extra hæreſim ſit eccleſiaſtica, vel ſecularis à Rege conceſſa; qua in re ſecularem eſſe tenent *Pont. de matrimo. lib. 5. cap. 11. num. 15. & ſeq. Don Mar. Catel. ad l. Regni Siciliæ poſt cap. 21. Regis Martini de concordia cap. 4. num. 25. vſque ad*
533 *num. 40.* ✠ Oppoſitum verò, quod imò prædicta iuriſditio ſit eccleſiaſtica probat *Dian. p. 1. tract. 2. reſol. vltim. & p. 4. tract. 8. reſol. 55.* vbi inter cæteros allegat *Param. de orig. Inquiſ. lib. 3. queſt. 6. num. 27.*

Tamen citra veri præiudicium, demus fortè, quod huiuſmodi iuriſditio eſſet temporalis, &
534 à Rege conceſſa ✠ ex quo pro ſeruitijs perſonalibus indulta fuiſſet; eſſet irreuocabilis abſque conſenſu Inquiſitorum *Dioniſ. Fortecarrero in allegatione pro iuriſditione Sanctæ Inquiſitionis num. 44. Dian. p. 4. reſol. moral. tract. 1. reſol. 81.* ſubdens priuilegium conceſſum propter ſeruitia facta, Tribunali Sancti Officij ob bonum publicum, concludunt quæ adduxi *ſupra priuilegio 36.* vbi latè.

CXXXX. Priuilegium ſeruitij perſonalis

eſt

535 eſt ✠ adeo enim priuilegio afficiuntur familia-
res, & ſeruientes, vt ſi à Summo Præſule indul-
geatur alicui, vt in priuatis oratorijs poſſit miſſa
celebrari in eius, & ſuorum familiarium præſen-
tia, etiam abſente domino, poteſt miſſa in dic-
tis oratorijs celebrari, intereſſetibus famulis *ex
Ludou. à Cruce diſput. 2. cap. 5. dub. 3. num. 5.
Dian. p. 4. reſol. moral. tract. 4. reſol.* 13. & illa di-
ctio coniunctiua, *&* *in ſua &* *ſuorum familiari-
um præſentia*, fauore ſeruientium reſoluitur in
diſiunctiuam, prout ex pluribus notauit *Dian.
loco cit.*

CXXXXI. priuilegium ſeruitio perſonali in-
536 dultum eſſe arbitror ✠ vt licet ſatis fuerit diſcep
tatum inter DD. ſi offendentes Clericos fami-
liares Eminentiſſimorum Cardinalium incur-
rant in excomunicationem bullæ cenæ domini
ſi illorum intuitu eoſdem percuſſerint: & affir-
matiuam ſententiam *ex Armil. Viuald. tenet Sayr.
de cenſur. lib. 3. cap. 15. num.* 3. licet alij oppo-
ſitum ſentiant quos recenſet *Dian. p. 5. reſol. mo-
537 ral. tract. 2. reſol.* 83. ✠ Tamen certum eſt, quod
incurrant in excommunicationem ſummo Ponti-
fici reſeruatam, de qua *in cap. fœlicis de pen. in 6.
ex bull. Pij V. edita anno 1569. Alter. de cenſur.
tom. 1. lib. 5. diſput. 12. cap. 3. Suoſa in bull. cenæ
domini cap. 12. diſput. 66. n. 3. Dian. loco cit.*

CXXXXII.

CXXXXII. priuilegium ſeruitij perſonalis
538 eſt; ✠ licet enim regulariter Collegium, ſiue Societas plurium perſonarum ſit prohibita *l. fin. C. de iuriſd. omn. Iudic.* & plura ad rem congerit *Boer. in tract. de ſeditioſ. §. 5. num. 3.*
539 ✠ Tamen fauore ſeruitij perſonalis, vt puta auri fodinarum argenti fodinarum, vel ſalinarum eſt permiſſum *l. 1. ff. quod quiſq. Vniuerſ.* conducunt tradita per *Boer. loc. cit. num. 4.*

CXXXXIII. priuilegium ſeruitio perſonali
540 indultum, illud cenſemus ✠ vt licet regulariter ex cauſa familiaritatis, quis à teſtimonio ferendo repellatur *l. etiam C. de teſtib. cap. in literis*
541 *de teſtib.* ✠ Tamen tanta eſt uis ſeruitij, quod Cardinalibus & Epiſcopis præſtatur, vt eorum familiares, & ſeruitores integri boni, & honeſti præſumantur, & ob id etiam in fauorem dominorum poſſunt teſtificari *ex Alban. in tract. de Cardinal. quæſt. 41. priuileg. 11. Felin. in cap. in literis num. 7. de teſtib. Dian. p. 5. reſol. moral. tract. 2. reſol. 56.*

CXXXXIV. priuilegium ſeruitij perſonalis
542 eſt, ✠ vt adeo ſit fauorabile, quod iniuria facta famulo cenſeatur facta domino; adeo vt ſuadentes ſeruas, vel famulas, animo cum eis coeundi, vel furtum committendi triremium pena puniantur, & contra illos poteſt Fiſcus principaliter

agere

agere iuxta *pragmat. vnic. tit.* 43. *in antiq. p.* 1. vbi *Mut. num.* 21. *Maur. Burg. de mod. proced. ex abrup. quaeſt.* 23. *num.* 243.

CXXXXV. priuilegium, quo gaudet perſonale ſeruitium, illud adnotatione dignum eſt
543 ✠ vt ſicut legati de iure gentium, & ſi hoſtium ſint, inuiolabiles eſſe debent iuxta *tex. in l. fin. ff. de legatio.* ibi (*ſi quis legatum hoſtium pulſaſſet contra ius gentium, id commiſſum exiſtimatur, quia ſancti habentur legati*) vbi *gloſ. in verb. ſancti* exponit ideſt inuiolabiles *l. ſanctum* §. 1 *ff. de rer. diuiſ. Tull. oratio.* 3. *in Verr.* ex pluribus
544 *Dian. p.* 6. *reſol. moral. tract.* 8. *reſol.* 2. ✠ Ita etiam, huiuſmodi priuilegium iuris inuiolabilis fauore ſeruitij perſonalis, famulis legatorum, competere cenſendum eſt *ex Franc. de Vayer. de legatio. cap.* 4. *Cabed. decis.* 116. *num.* 2. *p.* 2. tenet *Dian. loco cit. verſ. atque ex his*; limitans tamen concluſionem in famulis, & legato, ſi delicta committant atrociora; priuilegium enim intelligitur de legationis munere, & de re ad legationem ſpectante.

CXXXXVI. priuilegium, quo gaudet ſeruitium perſonale, illud notatu dignum eſſe cenſe-
545 mus ✠ vt adeo fauore afficiatur ſeruitium perſonale, vt ſportulæ, quæ officialibus debentur, ſuc ceſſeruntque loco ſalarij; Princeps ſupremus de col-

pars dominorum, paucis exceptis votauit, & ſecundum prædicta fuit exequutum.

CXXXXVII. priuilegium ſeruitij perſona-
548 lis eſt, ✠ videlicet à muneribus publicis regulariter nemo ſit exemptus, vt ſupra *dixi priuilegio* 41. Tamen Nauicularij, qui annonę Vrbis ſeruiunt immunitatem à muneribus publicis conſequuntur, quamdiu in huiuſmodi actu ſunt *l.*
549 *ſemper.* §. *ideſt ff. de Iur. Immun.* ✠ Nauicularij vero, qui annone Vrbis non ſeruiunt, ſed magnam partem patrimonij et rei contulerunt, intra quinquennium muneris publici vacationem habent, ſi actu ſeruiunt, & non vltra *l. nauicularij ff. de muner. & honorib. gloſ. in d.* §. *ideſt verb. annonæ.*

CXXXXVIII. priuilegium, quo gaudet ſer-
550 uitium perſonale ✠ illud eſſe cenſeo, vt Veterani milites, ideſt emeriti, & extra militiam propter merita poſiti nonnullis decorantur priuilegijs, & præſertim, vt nullo munere ciuili, hoc eſt perſonali, nec in operibus publicis, nec in collatione extraordinaria conueniantur, nec in ſimilibus, de quibus *in l.* 1. *& per tot. tit. ff. de priuileg. Veter. lib.* 12. Ea ratione, vt quiete poſt labores ſuos perenniter perfruantur *d. l.* 1. *l. muneribus*, *&* ibi *gloſ. ff. de excuſat. & vacatio. muner.*

Digitized by Google

CXXXXIX. priuilegium ſeruitij perſonalis
551 eſt ✠ quamquam à muneribus perſonalibus nemo ſit exemptus, vt proximè dixi; tamen fauore ſeruitij perſonalis immunitas prædicti muneris, collegijs, vel corporibus in quibus artificij ſui cauſa aſſumitur, indulgetur *ls ſemper §. ideſt*
552 *fuere ff. de iure immun.* ✠ Nec diſſimiliter vacatio munerum competit alijs reipublicæ ſeruientibus de quibus in *d. l. fin. ff. de Iur. immun.*

CL. priuilegium ſeruitij perſonalis illud eſſe
553 cenſeo, ✠ quod fabri, qui ſeruientes arte fabrili aem in eſſe conſtituerunt; vt puta Meſſores tritici, præferantur cæteris creditoribus hippotecarijs anterioribus in eadem re, & domino fundi; ſine enim tali ſeruitio, & labore, triticum, vel quid ſimile non eſſet in eſſe productum *Bart. & Salic. in l. interdum ff. qui potio. in pigno. ha-*
554 *bean.* ✠ In ſimili videmus, quod creditor ex cauſa ſuccurſus pręferatur domino ſoli pro terragio *Amat. reſol. 3. ex num. 75.* vbi teſtatur ita deciſum in M.R.C. anno 1624. de menſe Iunij pro Don Petro Portoleua, contra Franciſcum Romanum *Mant. de tacit. & ambig. lib. 11. tit. 23. num. 11. & ſeq. Nouar. grauam. 311. num. 11. & ſeq. lib. 1. ex Erriq. in repet. l. item quia ff. de pact. Auguſt. Imol. in empor. Iur. in prima par. ad tit. ff. locat. quæſt. 3. num. 7. Gratia. diſcep. 25. nu.*

2.

Digitized by Google

2. *Amat Rodriq. de priuileg. credito. p. 1. art. 8. num. 20.*
555 ✠ Probatur *ex §. certe illud Inſt. de rer. diuiſio.* vbi dominus ſoli, ſi domum in eo ædificatam petat, ſoluat prætium mercedis fabrorum ſi poſſeſſor fuit bone fidei, eodem modo in caſu noſtro, vbi quis pecunias erogauit pro meſſoribus, vel meſſores ipſi præferri debent domino ſoli *ex Miyer. de priuileg. credito. lib. 2. tit. 9. num. 21. Amat Rodriq. de priuileg. p. 2. art. 4. num. 12.*

556 Licet oppoſitum ✠ teneant nonnulli, dicentes, dominum ſoli, creditori pro ſuccurſo pręferri, inter quos *Anto. de Ball. lib. 5. pragm. vnic. tit. 21. de met. impon. frumen. fol. 255. Decian. conſ. 50. lib. 3. Caſtil. deciſ. 100. nu. 7.*

CLI. priuilegium ſeruitio perſonali indul-
557 tum, illud eſſe cenſeo, ✠ quod adeo ſeruitium perſonale in iure eſt fauorabile, vt Bonifacius VIII. penis generaliter contra delinquentes inflictis minime contentus extiterit, quin contra eius familiares, atque Cardinalium ſeruitores inſequentes, capientes, aut percutientes penis determinatis affecerit, de quibus *in cap. fin. de pen. in. 6.*

558 CLII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt illud adeo fauorabile cenſeatur, quod crimen leſæ Maieſtatis commictens, illa inter cæ-

teras pœna afficitur, vt familiaritate, vel ſeruitio priuatus exiſtat, prout Enrigus Imperator Robertum Regem Siciliæ vltra farum inter cæteras tali affecit pena quamquam Clemens V. Imperatoris ſententiam nullam, irritemque declarauerit inter cætera ex eo, quod Regem Siciliæ degentem, tamquam extra diſtrictum cognoſcere auſus fuit, *Clemen. paſtoralis de ſent. & re iud.*

559 ✝ Hinc habes, quod Rex Siciliæ non ſubeſt Imperio, vt ex plurium authoritate probaui in lectura practicabili §. *contra autem nu. 50. Inſt. quib. alien. lic. vel non.*

CLIII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſſe cẽ
560 ſemus ✝ vt ſicut religioſi ex priuilegio ſũmi Præſulis eximantur à decimarũ ſolutione, ita eodem modo eximuntur eorum ſeruitores oblati iuxta *tex. in clem. 1. in verbis finalibus de decim. vbi gloſ. in verb. familiarium.*

CLIV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✝
561 vt licet clericus beneficialis, vel in sacris ordinatus teneatur horas canonicas recitare, iuxta temporis qualitatem, & morem Eccleſiæ, vt puta de feria, vel de ſancto occurrente; & ſi aliud officium recitet ex multorum ſententia lethaliter peccat ex quo non ſeruat præceptum Pij V. de modo recitandi officium à Clemente *VIII.* & Vrbano *VIII.* confirmatum, *Tolet. in ſum lib.*

lib. 2. cap. 13. num. 2. Filiarc. tom. 1. p. 1. lib. 1. cap. 1. concluſ. 6. Filiuc. tomo 2. tract. 23. cap. 8. num. 186. Fernand. in exam. Theolog. cap. 13. §. 3. p. 3. Ledeſ. in ſumm. tract. 9. cap. 4. concluſ. 12. p. 2. Homobon. de exam. Eccleſ. tract. 4. cap. 15. quæst. 42. p. 2. Vaſq. de Beneſ. cap. 4. §. 1. dub. 2. Cenſent enim Pium V. præcepto iubere ſeruandam formam in eius bulla præſcriptam, & ob id cum agatur de re graui, eius omiſſio videtur lethale peccatum.

562 Oppoſitum vero, quod talis mutatio ſolum ſit venialis culpa cenſent *Leſſ. de Iuſt. & iur. lib. 2. cap. 37. dub. 12. num. 77. Azor. inſt. moral. p. 1. lib. 10. cap. 10. quæſt. 2. Layon. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 4. Reg. in ſumm. tomo 1. cap. 138. caſ. 17. Valent. tomo 3. diſput. 6. quæst. 2. punt. 10. Dian. p. 1. tract. 12. reſol. 31* Alios adducens *Nouar. in lucern. regul. verb. Horæ Canonicæ. num. 21.* adducens hanc ſententiam pro concientiarum conſolatione; & memini, dum Romæ adeſſem anno 1638. mihi retuliſſe admodum R. D. Benardinum la Rizza S. T. Philoſophiæ, & Iuris vtriuſque profeſſorem verſatiſſimum, quod Vrbanus VIII. viuæ vocis oraculo declarauerit, officij recitationem, pro alio officio valere.

563 Cæteri vero mutationem officij, nec lethale,

le, nec veniale delictum cenſent, putantes modum prædictum tantum de honeſtate conſtitutum inter quos *Caetan. in ſumm. verb. hora cap. 2. Armil. in ſum. verb. hora* §. 7. & alij.

Sed quicquid ſit de prædictis varijs opinionibus, ✠ fauore ſeruitij perſonalis indultum eſt à Clemente V. in Viennenſi Concilio, vt domeſtici, & familiares Cardinalium, & Epiſcoporum licitè poſſint recitare officium, quod Cardinales, & Epiſcopi recitant; ſi tamen velint, *Clemen. dignum de celebrat. vbi gloſ. in verb. poſſint.*
564

565 Amplia concluſionem ✠ vt non ſolum poſſint ſe conformare in recitatione officij, variando de feria ad ſanctum, vel è contra; verum quoque de vno ad aliud Breuiarium; prout antiquitus de Ambroxiano, ad Gregoriarum, & in præſentiarum de Caſſanenſi, vel Prædicatorum ad Romanum *gloſ. in d. clemen. dignum verb. officium* ✠ Ideo videmus, quod ſi quis Epiſcopus eſt religioſus, non ſolum ipſe poteſt recitare officium cum Breuiario ſuæ Eccleſiæ; ſed etiam cum ſocio, & illæ ſocius ſatisfacit præcepto, *ex Portel. de dub. regul. verb. Horæ canonicæ num. 8. Enriq. lib. 7. cap. 30. num. 4. Rodriq. in ſumm. tomo 4. c. 68. n. 10. Dian. p. 1. tra. 12. reſol. 35. Eman. Sà in Aphoriſ. confeſ. verb. horæ canonicæ num. 7.*
566

CLV.

CLV. priuilegium ſeruitio perſonali indultum, illud eſſe cenſeo, ✠ vt licet clericus beneficialis, vel in ſacris conſtitutus, integras horas canonicas dietim perſoluere teneatur *cap. 1. de celebrat. miſſ.* ibi *(officio expleto) vbi Canoniſtæ Silueſt. in ſumm. verb. horæ canonicæ num. 17.*
568 *Tolet. in ſum. lib. 2. cap. 13. num. 1.* ✠ Tamen fauore ſeruitij perſonalis introductum eſt, vt qui detinetur ſeruiendo in pulſandis organis, transferendis libris, vel in thure præbendo non tenetur ſupplere, & recitare partem officij omiſſi dum tali ſeruitio inuigilauerit, *ex Laym. lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. Molfeſ. in ſumm. tom. 1. tract. 5. cap. 1. nnm. 21. Azor. p. 1. lib. 10. cap. 13. quæſt. 10. Nald. in ſum. verb. officium diuinum. num. 7. Raff. de Torr. 2. 2. tom. 1. controuerſ. diſput. 7. num. 12. Aragon. 2. 2. quæſt. 83. art. 12. Reginal. tom. 2. lib. 18. cap. 13. num. 188. Ioan. de la Crux in directo. concien. p. 1. precept. 3. art. 3. dub. 7. concluſ. 1. Dian. p. 1. tract. 12. reſol. 13 Graf. lib. 2. deciſ. cap. 52. nu. 20. Eman. Sà in Aphoriſ. confeſſ. verb. horæ canonicæ num. 8. verſ. quod inſeruientes Siluest. in ſum. verb. hora num. 15. verſ. ſecundo quid dicendum Tolet. in ſum. lib. 2 cap. 14. nu 2.*

CLVI. priuilegium ſeruitij perſonalis illud
569 eſſe puto, ✠ vt licet Sixtus IV. Galliæ ordina-

rijs,

rijs indulſerit conferendi beneficia priuilegium alternatiuè. Tamen beneficia à familiaribus Cardinalium, familiaritate durante obtenta in Franciæ Regno, tamquam reſeruata confert Summus Pontifex *extrauag. ad Vniuerſalis Eccleſiæ de Treug. & pac.* Quod eſt introductum fauore ſeruitij Cardinalibus præſtiti.

CLVII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt,
170 ✠ quod adeo fauorabile cenſeatur, vt ſi quis priuilegio, vel ſtatuto beneficij alicuius fructus integrè obtineret; ne Eccleſia debitis ſeruitijs defraudaretur, certa fructuum pars tribuenda eſt beneficiali, *latius habès in extrauag. ſuſcepti regiminis de electio. & in extrauag. exibita de priuileg.*

CLVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis il-
171 lud eſſe cenſeo, ✠ vt cum Bonifacius VIII. in *extrauag. vnam ſanctam de maio. & obed.* inter cætera habeat: in hac Eccleſiæ poteſtate, duos eſſe gladios; ſpiritualem, videlicet, & temporalem, & infra, oportet autem gladium eſſe ſub gladio, & temporalem authoritatem ſpirituali ſubici poteſtati. Ex quibus verbis hæſitauit Rex Galliæ, ſi Francigenæ amplius ſubicerentur Ec-
172 cleſiæ Romanæ, quam prius: ✠ ob id Clemens Papa V. ob ſeruitia Eccleſiæ Romanæ pręſtita à prædeceſſoribus Philippi Regis Francorum, de-

declarauit non intendere fuiſſe præiudicium generatũ, nec per illam Regem, Regnũ, & Regnicolas, amplius Eccleſiæ eſſe ſubiectos, quam antea extitiſſe *extrauag. meruit de priuileg.*

CLIX. priuilegium ſeruitio perſonali indul-
573 tum illud eſſe cenſeo ✠ vt licet excomunicentur qui pactis, aut promiſſionibus iuſtitiam, vel gratiam à Sede Apoſtolica obtinent, *extrauag.*
574 *excomunicamus de ſent. excomun.* ✠ Tamen dicta diſpoſitio locum non habet in perſonaliter ſeruientibus, vt puta in aduocato, procuratore, & tabellione, qui poſſunt eorum ſalaria exigere quia damnata generaliter non referuntur ad perſonas iuſtè, & ſecundum ius ſalaria recipientes *gloſ. in d. extrauag. excomunicamus verb. ſub generalibus erga medium.*

575 CLX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt, ✠ vt quamquam, regulare ſit neminem à publicis oneribus eſſe exemptum *l. omnes omnino C. de*
576 *anno. lib.* 10. ✠ Tamen, nonnulli ob ſeruitia perſonalia à muneribus prædictis excuſantur. Primo notarij cameræ non grauantur de muneribus, quæ perſonæ laborem iniungunt *l. præci-*
577 *pit C. de cano. & larg. lib.* 10. ✠ Secundo, illæ qui 30. annos in Alexandrina Ciuitate ſeruiendo inhæſerit, corporalibus munijs eſt exemptus *l.*
578 *eum qui 30. C. de decur. lib.* 10. ✠ Tertio Porcinarij

quoque Vrbis, cum per vigilem laborem populi Romani comodis exibeant, ſordidis ſemper
579 muneribus liberentur *l. 1. C. de Suar. lib.* 11. ✠ Quarto, honoris acclamatione afficiuntur quęſtores officiales, & Comites ſacrarum largitio-
580 num *l. vnica C. de quæſto. lib.* 12. ✠ Quinto, qui propoſiti laborum Imperatoris iudicio fuerint, pro conſularibus habentur *l. vnica C. de propoſ. labor. lib.* 12.

581 Sexto ✠ Principes quoque agentes in rebus, poſt palmam laboris emeriti principatus honore decorantur *l. 1. C. de Princip. Agen. lib.*
582 12. ✠ Septimo Palatini à muneribus ſordidis pro eis, & ſeruis eximuntur *l. 1. C. de priuileg.*
583 *eor. lib.* 12. ✠ Octauo, Artifices artium ab vniuerſis muneribus perſonalibus eximuntur à Conſtantino Imperatore, vt Architecti, Medici, Pictores, Statuarij, Marmorarij, Lecticarij ideſt lectos breues facientes, Arcarij, Clauicarij, Quadrigarij, vel Quadratarij, qui faciunt quadratos lapides, vt fuerunt ſancti quatuor coronati; Aedificatores, Scultores ligni Muſuarij, qui faciunt illud opus, quod dicitur muſeum in auro, vel albo, deauratores, Albini, Barbaricarij, Dietrarij, qui faciunt calces de Vitro, Acrarij, Fuſores, ideſt campanas facientes, vel quid ſimile, ſignarij, qui faciunt ſigilla, bracarij, torcularia

fa-

facientes, Perticarij, libratores, ideſt ponderatores, Figuli, Aurifices, Vitrarij, Plumbarij, ſpecularij, ideſt ſpecula facientes, Eborarij, ideſt Ebur operantes, Pelliones, Fullones, Carpentarij, ſcultores, Dealbatores armorum, Curſores, Tigrarij, alias Tignarij, qui faciunt reddas ex tribus rotis, Ciſarij, ideſt facientes vehicula ex duabus rotis; Batriarij, ideſt qui faciunt quædam rotunda, & volubilia in freno circa caput equi, Mechanici, alias medici, & Geometrę *l.1.*
584 *& 2. C. de excuſ. artif.* ✠ Adde negotiantes, veſtiarios, linteones, purpurarios, & participarios, qui circa quodam genus veſtis negotiabantur, ſecundum veterem conſuetudinem, ab omni munere immunes eſſe *l.negotiantes C.de excuſ. muner. lib.10.*

585 CLXI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt, ✠ vt ſicut agentes in rebus Imperatoris immunes ſunt à ſportularum ſolutione; ita quoque eis ſeruientes *l. hac ſaluberrima C. de propoſ. Agen in rebus lib. 12. l. petitiones verſ. pro ſportulis C. de Aduocat. diuerſo. Iud.* facit *cap. 34. Regis Federici*, vbi Curiales, & familiares Regis non ſoluunt iura ſigilli.

CLXII. priuilegium ſeruitio perſonali in-
586 dultum, illud eſſe cenſeo, ✠ vt Epiſcopi, cęterique locorum ordinarij excomunicationis vin-

culo innodare non poſſint exiſtentes in obſequio ſanctæ ſedis Apoſtolicæ Cardinalium *Eugen. IV. in extrauag. diuina de priuileg.* Quod innouatur à *C. T. ſeſſ.* 28. *de reformat. cap.* 11. vbi limitat in his, qui beneficia eccleſiaſtica obtinent ratione beneficiorum.

CLXIII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
587 ✝ vt licet res litigioſa regulariter alienari nequeat *cap.* 2. *de alien. Iudic. mut. cauſ. fact. vbi gloſ. in verb. ſanctiones DD. in l. pendente C. de litigio. l.* 1. *& per tot. ff. de Alien. Iudic. muta.*
588 *cauſ. fact.* ✝ Tamen fauore ſeruitij perſonalis hęreditas litigioſa alienari põt propter famulorũ teſtatoris cibaria, qui eidem teſtatori ſeruierunt *l. diuus ff. de pet. hæred.*

CLXIV. priuilegium, quo gaudet ſeruitium
589 perſonale, illud eſſe puto ✝ vt licet pro erectione ſeminarij clericorum, ac illorum conſeruatione poſſit Epiſcopus cum conſilio duorum canonicorum, itemque duorum de clero Ciuitatis ex fructibus beneficiorum aliquid applica-
590 re *C. T. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 18. ✝ Fauore tamen ſeruitij perſonalis, à generali, & vniuerſali Tridentini loquutione excipiuntur diſtributiones quotidianæ, quæ dantur pro actuali ſeruitio & non pro titulo ex *Zerol. in prax. Epiſcop. p.* 1. *verb. ſeminarium tenet Vener. in exam. Epiſcop.*
lib.

Digitized by Google

591 *lib.6. cap. 30.num.21.* ✠ vbi ampliat concluſionem, etiam ſi tota præbenda conſiſtat in diſtributionibus quotidianis.

CLXV. priuilegium, quo fruitur ſeruitium
592 perſonale, illud eſſe exiſtimaui ✠ illud ipſum per ſepè Imperatoribus, Regibus, Principis, alijſq; perſonis victoriæ palmam tribuere ſoleat, iuxta illud Iuſtiniani, *in probem. Inſtit.* §. *quorum vtramque viam*, ibi (*& bellicos quidem ſudores noſtros barbaricæ gentes ſub iuga noſtra redactæ cognoſcunt*)

CLXVI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt,
593 ✠ vt ſi dominus obtineat conſeruatorias literas & exemptionis ab ordinario eccleſiaſtico, illæ conceſſionarij familiaribus duobus, ſi proprijs eius ſumptibus vixerint ſuffragantur *C.T. ſeſſ. 14. de reformat.cap.5.*

CLXVII. priuilegium ſeruitio perſonali in-
594 dultum eſſe puto, ✠ nè domini ſeruos durius habeant, alias venire iubentur; ſi intollerabilis videatur ſeruitia dominorum §. *ſed & maior. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alien.iur.*

CLXVIII. priuilegium, quo gaudet perſo-
595 nale ſeruitium illud eſſe exiſtimo ✠ vt licet regulariter plenior fiat interpretatio in vltima volūta-
596 te, quā in contractu *l. in teſtamentis de reg. iur.* ✠ Tamen fauore ſeruitij perſonalis limitatur regu

la

la prædicta, ſi inter viuos quis ſeruus manu miſſus fuerit, cenſetur ei remiſſum peculium §. *peculium inſt. de leg. l. vnica C. de pecul. eius qui libert. mer.* Cuius rei, ſi rationem petas inter cæteras, illa cenſetur eſſe, quia manumictẽs in caſu mortis operas manumiſſi habiturus non eſt; ſecus autem, ſi inter viuos manumictat *gloſ. fin. in d. l. vnica verb. iuris in fine, & in d. §. peculium verb. quamuis vbi Port. num. 2. Aret. num. 1.* Et ſic habes, quod fauore ſeruitij pręſtandi cenſetur donatum peculium. licet hanc rationem impugnent *Fab. in d. §. peculium num. 1. Apoſtil. ad gloſ. ibid. Oinot. Author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus eodem loco.*

CLXIX. priuilegium, quo gaudet ſeruitium
597 perſonale, illud eſſe exiſtimo ✠ vt licet ex militari diſciplina in bello acquiſita Regi ſeruentur omnia, vt *ex Ambroxio* notauit *Gratianus*
598 *in can. dicat 23. quaeſt. 5.* ✠ Tamen tanta eſt uis ſeruitij perſonalis, vt licet omnia Principi, quo ad tuitionem acquirantur, partem emolumenti tribuendam ſanxit Rex, tamquam mercedem laboris, vt pro perſonarum qualitate fiat diuiſio *d. can. dicet, & can. ius militare diſtinſ. 1. gloſ. fin.*

Hinc Iulius Ceſar Romanorum Imperator
599 ✠ & Octauianus Auguſtus frequenter militibus

bus ſpolia partiebantur *Sueto. de duodim. Ceſar.*
Rogerius quoque Siciliæ Comes, cum ab eius finibus Mauros eieciſſet, illius dominio potitus trinas in partes Regni ſubſtantiam diuiſit; quarum vnam in milites; qua de re in Generali colloquio Regni inter cæteros milites, hoc eſt Barones interueuire ſolent, adnotaui *in lectur. pract. ad tex. in l. 1. quæſt. 106. num. 1121. ff. de offic.*
600 *eius cui mand. eſt Iuriſd.* ✠ Capta vero in bello, cuius nam ſint vide *pragmat. vnicam tit. 45. p. 2. in antiq. Dian. p. 6. tract. 4. reſol. 23. Caſtil. deciſ.* 107.

601 CLXX. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt ad maiora quis recto iure vocari nequeat; niſi in minoribus prius ſeruierit: Hinc Zoſimus Papa optimo iure diſpoſuit, qui eccleſiaſticis diſciplinis per ordinem non eſt imbutus, & temporum approbatione diuinis ſtipendijs non eſt eruditus; nequaquam ad ſummum Eccleſiæ ſacerdotium aſpirare præſumat *can. qui eccleſiaſticis diſtinſ. 36. & can. 1. & can. ordinatos diſtinſ. 59.*

CLXXI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt,
602 ✠ vt licet propriè fructus dicantur qui à fundo naſcuntur, & ob id a fruendo dicuntur *prout ex Cicero. de Amicit. & Varro. notauit Ambrox.*
603 *Calep. verb. fructus*, ✠ & ſicut fructus augent here-

reditatem *l. 2. C. de petit. hæred. vbi DD. l. item veniunt §. item non ſolum vbi Bart. ff. de pet. hæred. l. ſed & ſi lege §. augent cum duabus ll. ſeq. ff. eod. Leo. in tract. de nou. oper. cap. 14. Merg. conſ. 26. num. 38. Nouar. deciſ. 149. num. 7. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 3. gloſ. 5. num. 62. & omnium abortiuus Oinot. Author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus in §. & ſi rem num. 7. Inſt.*
604 *de offic. Iudic.* ✠ Ita etiam mercedes à colonis acceptæ, & operæ ſeruorum fructuum naturam aſſumunt, & hæreditatem augent *l. mercedes ff. de petit. hæred.*

CLXXII. priuilegium, quo fruitur ſeruitium
605 perſonale, illud eſſe exiſtimo, ✠ vt in concurſu beneficij, clericus, qui Eccleſiæ ſeruiuit, extero præferatur, vt habeat vnuſquiſque ſuum fructum militiæ in Eccleſia, in qua per omnia officia tranſegit ætatem, *can. nec emeritis, & can.*
606 *nullus inuitis diſtinſ. 61.* ✠ Hinc & ſi regulariter dignior in beneficio curato ſit eligendus, qui ſimpliciter digno præfertur, *ex Salon. 2. 2. quæſt. 63. art. 2. controuer. 9. concluſ. 2.* quem ſequitur *Candid. diſquiſ. 5. art. vnico verſ. dico tertio. Dian.*
607 *p. 2. tract. 15. reſol.* 40. vbi plures allegat. ✠ Tamen eligens dignum de Eccleſia viduata, omiſſo digniore extero, culpa vacat *Dian. p. 3. tract. 8. reſol.* 110.

CLXXIII.

Digitized by Google

CLXXIII. Priuilegium ſeruitio perſonali
608 indultum; illud eſſe cenſeo, ✠ vt licet furtum
regulariter ſit à iudice punibile *cap. 1. §. ſi quis*
609 *quinque ſolidos de pac. tenend.* ✠ Tamen maxi-
mus eſt fauor, magnumque priuilegium mercen-
narij, ſiue ſeruientis; vt ſi furtum domeſticum
rei leuioris committat, à iudice multari nequit,
ſed ipſemet dominus vindicabit *l. reſpiciendum
§ furta ff. de pen. Clar. in §. furtum num. 23. Giurb.
conſ. 68. num. 26.*

610 Quæ concluſio ampliatur ✠ in quouis furto,
ſi famulus inſeruiendo fideiuſſionem præſtitit
de ſoluendo quicquid intercepiſſet; tunc enim
contra famulum ſubripientem nulla competit
actio criminalis *Franc. Bernan. Porr. in faſcic.
crim. §. furtum fol. mihi 301.* allegans *ad hoc
Menoch. conſ. 118. nu. 82. & 83.* ſubdens, quod
ita in facti contingentia obtinuit.

CLXXIV. priuilegium, quo fruitur ſeruiti-
611 um perſonale, illud eſſe exiſtimo ✠ vt licet Pal-
lij authoritas, & vſus regulariter Summo Ponti-
fici ſemper, & vbique locorum competat, ex quo
abſumptus eſt in plenitudinem Eccleſiaſticę po-
teſtatis: Patriarchis autem, & Archiepiſcopis in
ſola Eccleſia, & certis diebus *cap. niſi ſpecialis &*
612 *cap. ad honorem de author. & K ſuſ. allo* ✠ Epi-
ſcopis vero non competit, niſi ex priuilegio con

Bb ce-

cedatur *cap. cum in iuuentute de præſumpt. Panor. in rubr. de authorit. & vſu Pall. Vener. de exami.*
613 *Epiſcop. lib. 4. cap. 10. num. 3.* ✠ Tale vero priuilegiũ Epiſcopis cõcedi ſolet, ex ſeruitijs Eccleſiæ Catholicæ præſtitis *d. cap. cũ in iuuẽtute* ibi (*cũ in iuuẽtute ſua Quinque eccleſijẽſis Epiſcopus, adeo ſe maturum, honeſtum, & prouidum exibuerit, vt ab Eccleſia Romana meruerit palleo decorari*, vbi gloſ. *verb. honeſtum* habet, *is gradu ceteros antecellit, quem labor prolixior, & ſtipendia fecerint anteire*, & tex. *in can. priſca diſtin.* 100. ibi (*Priſca conſuetudo obtinuit, vt honor Pallei, niſi exigentibus cauſarum meritis, & fortiter poſtulanti dari non debeat*)

CLXXV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
614 ✠ vt nemo cõgruenter ordinari poſſit, niſi prius ſeruierit, & miniſtrauerit Eccleſiæ *can. ex multis*
615 *1. quæſt. 3.* ✠ Adeo vt apud Priſcos hęſitatum fuerit; ſi purus laicus ordinetur, an recipiat caracterem ordinis, de qua re per *gloſ. in can. illiteratos diſtinſ. 35. & in can. ſicut diſtinſ. 40. & in cap. vnico de cler. per ſalt. promot. vbi Canoniſtæ.*

CLXXVI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
616 ✠ vt licet Archiepiſcopus cauſam ſubditi ſuffraganei in prima Iudicij inſtantia cognoſcere regulariter nequeat *cap. duo ſimul de offic. ordin. &*

cap.

617 *cap. 1. eod. tit. lib. 6.* ✠ Fauore tamen ſeruitij perſonalis Innocentius IV. indulſit, vt Archiepiſcopus, ſi Prouinciam viſitauerit (prout de iure antiquo ſeruabatur) de notoria iniuria eius familiari, & ſeruitori à ſubdito ſuffraganei notoriè illata in prima Iudicij inſtantia cognoſcere poſſit *cap. 1. de pen. in 6.*

CLXXVII. priuilegium ſeruitio perſonali
618 indultum, illud eſſe cenſeo ✠ vt diſpenſationes, & ſi regulariter non fiant; niſi ob maius bonum
619 *can. diſpenſationes 1. quæſt. 7.* ✠ Et ob id filijs monialium non ſolet diſpenſari, vt eccleſiaſticis ordinibus promoueantur; niſi fortè in cætera, euidens meritorum (ideſt etiam ſeruitiorum) prærogatiua comendet *can. tali coniugio 1. quæſt. 7.*

CLXXVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis
620 eſſe puto ✠ vt licet vita contemplatiua, actiuæ præferatur, iuxta illud Chriſti Domini *Luc.* 10. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur*
621 *ab ea.* ✠ Tamen vita actiua eſt magis fructuoſa; hinc ſe habent, vt excedens, & exceſſa: contemplatiua, & ſi ſit quo ad perſonam contemplantis magis ſecura; actiua pro proximo eſt magis fructuoſa: Contemplatiua, & ſi magis quieta; actiua magis laborioſa, iuxta illud *Hiero. in* 1. *prolog. Bibliæ, ibi ſancta quippè ruſticitas ſolum ſibi*

prodeſt can. ſancta 2. queſt. 7. vbi gloſ. Et ſic habes, quod ſeruitium perſonale, cum magis iniuita actiua includatur, vt plurimum ſolet proximos adiuuare.

CLXXIX. priuilegiũ, quo gaudet perſonale ſer
622 uitium, illud eſſe exiſtimo ✠ vt inter cætera, percuſſor ſacerdotis, vel Clerici excomunicetur, quia ipſi Eccleſiæ, & Deo ſeruiunt *Can. demus 3. quæſt. 1.* ibi (*& in ſacerdotio laborantibus*) *can. nulli dubium. 2. quæſt. 1.* ibi (*& maximè illos, quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris, eiuſque familiares inuenerit*) familiares dico eos, quos ſacrarij, & in ordine Apoſtolatus conſtitui Deus voluit) Cumque iniuria facta ſeruo cenſeatur facta domino, acriori pena priuationis comunionis fidelium, præ ceteris peccatoribus arcentur.

CLXXX. priuilegium, quo fruitur ſeruitium
623 perſonale, illud eſſe cenſeo ✠ vt licet ex rigore iuris clericus aduocati munus exercens, ac cliẽtis, cauſæ inſeruiens, nec ſalarium nec munus accipere poſſit, prout ſtatutum legitur in Terraconenſi Concilio. Tamen conſuetudine ſeruitium perſonali Aduocati prædicti in patrocinando fauore afficitur, vt ſi ſit clericus; adhuc muneribus, & ſalario lætetur *can. obſeruandum §. hoc autem 15. quæſt. 2.* quæ quidem obſeruantia vſu recipitur in Curia Romana, quandoquidem

dem Vrbanus Papa VIII. mihi ſacerdoti indulſit, vt in ciuilibus paſſim patrocinia pręſtarem, & in criminalibus pro reis tantum, acceptis ſolitis ſtipendijs, ita ſeruari ex pluribus teſtatur *Craſ. de effect. clericat. eff.* 21. *num.* 41. licet de tex. prædicto non meminerit.

CLXXXI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
624 ✝ vt quis non poſſit regulariter obtinere duo beneficia eccleſiaſtica *cap. quia nonnulli de cler. non reſid.* Et ſi rationem petas, intelligas in ſeptima ſinodo quid ſtatutum fuerit *can. clericus* 2. *quæſt.* 1. ibi (*Audiuimus enim ex ipſa dominica voce, quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget, aut vnum ſubſtinebit, & alterum contendet*) & ſic prohibetur pluralitas beneficiorum, ne ſeruitio perſonali vna ex Eccleſijs defraudetur; vnde ſeruitium etiam quantum ad eum cui debetur, fauorabile cenſetur.

CLXXXII. priuilegium ſeruitio perſonali
625 indultum, illud eſſe exiſtimo, ✝ vt licet vſusfructus ex non vſu per annum, vel per biennium amictatur *l. corruptionem vbi gloſ. verb. non*
626 *vtendo vt olim C. de vſufruct.* ✝ Fauore tamen ſeruitij perſonalis, ſi hominis operę fuerint legatę, non vtendo legatarius, legatum vſusfructus operum non amictit, quoniam ex operis mercedem

dem legatarius percipere poteſt *l. hominis opere ff. de Vſufr. leg. gloſ in l. 2. ff. de oper. ſeruo.*

CLXXX*III*. priuilegium ſeruitij perſona-
627 lis eſt ✠ vt licet de lege ff. vſusfructus capitis diminutione, non dum maxima, & media; ſed etiam minima amitteretur *Accurſ. in d. l. corruptione verb. diminutione C. de Vſufr.* Tamen fauore ſeruitij perſonalis operę ſerui legatæ capitis diminutione minima de Iure ff. non amittebantur *l. operę ff. de oper. ſeruo. d. l. homi-*
628 *nis ff. de vſu & vſufr. leg. iunct. gloſ.* ✠ Quam hodie de iure nouiſſimo ſtatutum ſit generaliter capitis minima diminutione vſumfructum non finiri *d. l. corruptione & §. fin. Inſt. de vſufr.*

CLXXXIV. priuilegium ſeruitij perſonalis
629 eſt, ✠ vt licet regulariter qui habet rei vſum, alteri illum transferre nequeat *§. item is Inſt. de vſu & habitat.* ✠ Tamen ille cui legantur operę ſerui, & ſi cenſeatur illarum vſum habere *l. operis ff. de oper. ſeruo*; nihilominus poteſt etiam operas ſerui legatas alteri locare, & mercedem accipere *l. 2. ff. de vſu, & vſufr. leg. l. in hominis ff. de oper. ſeruo.*

CLXXXV. priuilegium ſeruitij perſonalis
631 eſt ✠ vt licet libertus ſoli domino ad obſequia
632 regulariter teneatur *l. 1. ff. de iur. patron.* ✠ Obſequium tamen, & ſeruitium eſt adeo patrono

fa-

fauorabile, vt ſi ipſe libertum vni filio aſſignauerit, eo ex humanis ſublato, nullis liberis relictis, ad cęteros filios patroni ius patronatus transfertur §. 1. *Inſt. de aſſignat. liberto.*

CLXXXVI. priuilegium eſt ſeruitij perſo-
633 nalis ✠ vt licet, vt ſupra dictum eſt libertus obſequium patrono præſtare teneatur *l. ingratus ff.*
634 *de Iur.patro.cum alijs concordan.* Tamen ✠ adeo eſt fauorabile ſeruitium perſonale, illi qui præſtare tenetur, vt patronus libertum prohibere nequeat, ne arte ſua vtatur *l. fin. ff. de obſeq. à liber. & libert. l. quero ff. de Iur.patro.*

635 CLXXXVII. priuilegium eſt, ✠ vt ſeruitium perſonale, quantum ad eum cui debetur, adeo ſit fauorabile, quod perſona patroni, & ſi ſit inhoneſta; honeſta cenſeri debet a liberto. *l. liberto iuncta gloſ. in verb. honeſta ff. de obſeq. à libert.*

CLXXXVIII. priuilegium ſeruitij perſona-
636 lis eſt ✠ vt licet regulariter publica vtilitas pri-
637 uatæ præferatur *DD. in l. 1. ff. ſolut. matrim.* ✠ Tamen fauore ſeruitij perſonalis, & perſonę cui debetur in iure noſtro diſponitur, ne libertus operis obligatus militiæ aſcribatur *l. operis ff. de oper. liberto.* quamquam ſeruitium, quod libertus patrono præſtat priuatam reſpiciat vtilitatem;

at

at vero quod in militia præſtaret publicam comoditatem §. *filij autem Inſt. de excuſat. tuto.*

Sed obicies de *l. fin. C. de libert.* & *eor. liberi.*
638 ✠ vbi homines libertinę conditionis poſſunt eſſe milites; Hoc Dubium licet moueat *gloſ. in d. l. operis* non ſoluit Grāmatici facilè ſoluent argumentū intelligentes *tex. in d. l. final. de libert. de filijs libertorum*; libertinus enim ſecundum Donatum eſt liberto à patre creatus; at vero hęc ſolutio in iure non ſubſiſtit, cum libertini nomine libertum accipimus §. 1. *Inſt. de liberto.* Ideo ſolue quod *tex. in d. l. fin.* procedit ex quo libertus fuit miles de voluntate patroni.

CLXXXIX. priuilegium ſeruitij perſonalis
639 eſt ✠ vt ſi ruſticus aſcriptitius ad clericatum promoueatur, ſeruire ruralibus obſequijs per ſubſtitutum tenetur *l. quiſquis cenſibus* & *authen. aſcriptitios C. de Epiſcop. & cler.*

CLXXXX. priuilegium ſeruitij perſonalis
640 eſt ✠ vt licet ſtatuæ erectio regulariter prohibeatur, vt probaui *in lectura practic. ad tex. in l.*
641 *1. quæſt.* 110. *num.* 1032. & *ſeq.* ✠ Tamen fauore ſeruitij Reipublicæ pręſtiti, ſupremus Princeps indulgere ſolet, vt alicui in publico foro ſtatua erigatur *l. fin. C. de ſtat.*

CLXXXXI. priuilegium ſeruitij perſonalis
642 eſt ✠ nam licet, vt ſępe dixi à muneribus publicis

cis nemo ſit exemptus; Attamen aduocati, ex quo Reipublicæ ſubſeruiunt à muneribus perſonalibus eximuntur ab Imperatoribus Theodoſio, & Valentino *l. ſancimus la 1. C. de aduocat. diuerſ. iudicio.*

CLXXXXII. priuilegium ſeruitij perſonalis
643 eſt ✠ vt ſi aliquis aduocare prohibetur, vt puta, fiſci patronus, poteſt de Iure comuni pro ſibi ſeruientibus aduocare *l. petiones verſ. ad hac C. de aduocat. diuerſo iudicio.*

644 CLXXXXIII. priuilegium illud eſt ✠ vt adeò perſonale ſeruitium ſit fauorabile, quod ſi ſeruus tempore ſeruitutis prædia domino coluerit, & exinde manumiſſus fuerit, peculio adempto; ob reliqua, ſi qua pridem contracta ſunt; res bonorum, quas poſtea, proprijs laboribus quæſiuit ſeruo debentur *l. ſi vt allegas C. an ſer. pro facto ſuo.*

CLXXXXIV. priuilegium ſeruitio perſonali
645 indultum, illud eſſe cenſeo ✠ vt ideo monopolium prohibeatur ſub certis penis, nè impediatur ſeruitium perſonale, vt artificium ab vno inceptum ab alio perfici poſſit *l. vnica C. de monopol.* de qua re nonnihil adduxi in lectura practicabili *ad tex. in l. 1. queſt. 40. num. 596. & ſeq. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.* addo *Strac. de mercat. tit. quomod. in cauſ. mercat. proced. ſit nu.*

19. *vbi ex Salic.* ait ſtatutum, quod artificium ab vno inceptum ab alio perfici non poſſit, non valere.

CLXXXXV. priuilegium ſeruitij perſonalis
646 eſt, ✠ vt licet regulariter partus ſequatur ven-
647 trem *l. partum C. de reuend.* ✠ Tamen fauore
ſeruitij perſonalis, ſi ſeruus publicis operibus deputatus fuerit & connubium cum ancilla contraxerit, tam ipſe, quam vxor, quam eius liberi confeſtim conditioni priſtinæ, laborique reſtituantur, vt dicitur *in l. fin. C. de ſeru. fugit.*

CLXXXXVI. priuilegium ſeruitij perſona-
468 lis eſt ✠ vt ſicut iniuria afficiens commorantes
in curia Regis, & exiſtentes in eius exercitu in dupplum puniuntur; eodem modo dupplo puniri debent, qui ſeruitores, & familiares prædictorum iniuria afficere verentur, vt habetur in *conſtit. vtriuſque Siciliæ Imperatoris Federici in conſtit. incipiente vt participatio de Iniur.*

CLXXXXVII. priuilegium ſeruitij perſo-
649 nalis eſt ✠ vt licet regulariter Barones à vaſſal-
lis adiutoria exigere nequeant; Tamen ſi ab inimicis Regis in eius ſeruitio capti fuerint, adiutoria à vaſſallis exigere poſſunt, prout patet in *conſtit. vtriuſque Siciliæ Regis Guglielmi incipiente Quam plurium de adiuto.* conducit *capit. Regis Iacobi huius Siciliæ Regni. cap. 3.*

CLXXXXVIII.

Digitized by Google

CLXXXXVIII. priuilegium ſeruitij perſo-
650 nalis eſt ✝ vt licet tempore Caroli Siciliæ Regis, armorum apportatio fuerit prohibita; ſeruientibus caſtrorum pro exequendis Regijs mandatis à dicto Rege eis permictebatur vt habetur *in cap. 54. Regis Iacobi.*

651 CLXXXXIX. priuilegium eſt ✝ vt quamquam armorum apportatio, tempore Federici Siciliæ Regis, paſſim fuerit prohibita; tamen ſicut Baronibus erat permiſſa, ſic etiam eis ſeruientibus, vilibus exceptis, vt puta coco, & ſimilibus de quibus *in cap. 113. Regis Fed.rici.*

652 CC. Priuilegium ſeruitij perſonalis eſt, ✝ vt licet putatiuus libertus, ex inde ingenuus declaratus opera obſequialia domino præſtita repetere nequeat; poteſt nihilominus artificiales operas repetere, nè labore proprio, titulo putato non obſtante defraudetur, *l. ſi non ſortem §. libertus ff. de cond. Indeb. gloſ. in l. qui exceptione §. fin. ff. eod.*

653 CCI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt, ✝ vt licet regulariter non ſit habenda exceptio perſonarum, *vt in cap. in iudicijs de reg. iur. in 6.* et latius ſupra dixi; Nihilominus fauore ſeruitij perſonalis à Carolo V. Romanorum Imperatore, vti Siciliæ Rege, ſtatutum legimus, quod officia conferantur Regnicolis ſeruitoribus Re-

gis, dummodo Regi perſonaliter ſeruiant, vt habetur *in cap. 18. eiuſdem Regis Caroli.*
654 CCII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt licet regulariter officium, vel beneficium vacaturum concedi nequeat, ne detur occaſio captandæ mortis alterius *cap. 2. de conceſ. praben. l. fin. C. de pact.* & in Regno habemus *cap. 13. Regis Ferdinandi*, latiſſimè cęteris recenſitis examinat concluſionem *Maſtril. de magiſtr. lib. 1. cap. 25.*
655 *per tot.* ✠ Tamen ob ſeruitia præſtita ab Alphonſo Sances, olim huius Regni Protonotario ſuæ Catholicæ Maeſtati fuit petita expectatiua dicti officij in perſonam Ludouici Sances; ſicut etiam fuit petita expectatiua beneficij eccleſiaſtici à Pompilio Imperatore in perſonam Hieronymi Antonij eius filij, propter ſeruitia Regiæ coronæ præſtita, vt habetur *in cap. 142. & 143. Regis Caroli.*
656 CCIII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt ✠ vt licet quis à latrunculis capiatur, nec eius perſona, nec bona capientium fiant *l. hoſtes ff. de captiu. & poſtlim. reuerſ.* meminit omnium abortiuus *Oinot, author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus in §. item ſi ea quæ ab hoſtibus num. 2. Inſt. de rer. diuiſ.* adeas *Tiraq. in l. boues ff. hoc*
657 *ſermone num. 5. fol. 204.* ✠ Nihilominus, Regni cōſtitutionibus pragmaticalibus, ſtatutum eſt p.

2. tit. della perſequutione di malandrini di Campagnia §.10. *&* §. 1. fauore ſeruitij perſonalis, vt Capitaneus, eiuſq; ſocij, & familiares, de armis, æquis, & pecunijs, quæ & quas in perſequutione bannitorum, publicorum latronum, & diſcurſorum campaniæ capiunt, prætij medietatem lucrentur.

CCIV. priuilegium ſeruitij perſonalis eſſe
658 cenſui, ✠ vt licet debitore condemnato, & per legitimas probationes conuicto, eius pecuniæ ſequeſtratio permictatur *l. vnica C. de probibit.*
659 *ſequeſtr. pecun.* ✠ Actamen mercedes, & ſalaria Doctorum, & militum non poſſunt ſequeſtrari, nec capi in cauſam iudicati; niſi in ſubſidium, deficientibus alijs bonis *l. ſpem C. quæ res pigno. oblig. poſſ. l. ſtipendia C. de exequut. rei iud.* vbi *Bart. Caſtr.* & alij *authen. ſed iam cautum in fine. C. depoſ. l. commodis vbi DD. ff. de re Iud. Bar. in l. iubemus* alias *per hanc num. 5. C. de erog. milit. anno. lib. 12. Milan. deciſ. 5 num. 41. lib. 1.* vbi recentiores allegat.

660 Amplia concluſionem ✠ vt non dum procedat in publico doctorum, militumque ſalario, ac eorum præmijs; verum quoque in cæteris ſtipendiatis locum habet *Caſtren. in d. l. commodis Carocc. de locat. & cond. tit. de bon. quæ liber. quæſt. 1. num. 7. & in tit. de ſequeſtr. quæſt. 3.*

Math.

Math. Apicel. de quinquean. dilat. tit. 1. nu. 121. verſ. idemque dicendum.

661 Ampliatur ſecundo concluſio ✝ vt nec fructus præbendæ, vel beneficij ſequeſtrari poſſunt, nec capi in cauſam iudicati pro debito beneficialis; niſi in ſubſidium *gloſ. Bart. & ibi eius Addit. cæterique DD. in d. l. ſtipendia ſpecul. in tit. de exequut. ſent. §. ſequitur prope finem, & in tit. de primo, & ſecun. decret. §. reſtat, verſ. quid ſi reus non habeat, niſi redditus Canoniſtæ in cap. peruenit per illum tex. de fideiuſſo. Archidiaco. in cap. ſtatutum de reſcript. lib 6. Alex. in d. l. commodis num. 2. vbi Iaſ. eod. num. Abb. in cap. cum olim col. 2. & 3. de reſtit. ſpoliat. & in cap. reprahenſibilis in vlt. col. 2. de appel.*

CCV. priuilegium ſeruitij perſonalis, illud
662 eſſe cenſui ✝ vt omiſſa DD. diſputatione, an requiratur publicum inſtrumentum debiti, adhoc vt fiat ſequeſtratio, de qua re *Anton. Corſet. in ſing. verb. ſequeſter Franc. Curt. de ſequeſtr. quæſt. 12. Gram. conſ. crim. 27. num. 2. Mut. deciſ. 24. num. 11. & 12. & deciſ. 92. num. 13. Caſtil. deciſ. 247. num. 1. Foller. in pract. cenſ. verb. neque*
663 *illorum annualitates num. 4.* ✝ Nihilominus compertum eſt in iure non poſſe procedi ad ſequeſtrum ſalarij Doctoris vel militis; niſi de debito conſtet per publicum inſtrumentum *l. iubemus*

mus,quę alias incipit *per banc C. de erogat. milit. anno. lib. 12. vbi Bart. num. 6. Franc. Curt. de ſequeſt. queſt.* 12. *verſ.* & reſpondet *Iaſ. in l. ſi ſatisdatum nom.* 13. *ff. qui ſatisd. cogan.*

664 CCVI. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt, ✠ vt ſeruientes in exercitu, & bello pro rebus neceſſarijs eis ſpectantibus, gaudeant militari ſeruitio *Caſtil. deciſ.* 250. *nu.* 25. allegans *Gratian. diſcep.* 340. *num.* 12.

CCVII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt
665 ✠ vt famuli operarij, fabri, laboratores, & ſimiles, qui ſeruiunt in re ſpoliata, de ſpolio non teneantur, cum præſumantur ſeruire, & operari de mandato Domini *Pract. Papien. in form. libel. pro turbat. poſſ. gloſ. enim & intentione nu.* 3. *Mut. ſup. rit. cap.* 135. *num.* 148. allegans inter cæteros *Prouinz. in l. in rem §. ſignum ff. de reuend. Oinot. author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus in Inſt. tit. de interdictis cap. de interd. vti poſſid. num.* 30. *& ſeq. Plot. de in lit. iuram. §.* 49. *num.* 27. *& ſeq.* vbi examinat concluſionem quem in facti contingentia adeas *& Ric. coll.* 1286.

CCVIII. priuilegium ſeruitij perſonalis eſt,
666 ✠ vt licet ex cap. 57. Regis Martini generaliter ſtatutum ſit, actiones 30. annorum curriculo præſcribi; quod in Regno non ſeruatur, ex quo pro-

proceditur ſola facti veritate inſpecta, vt dixi in *interpret. pragmat. de mod. proced. ſum. & de plan. ſol. fact. verit. inſp. p. 2. cap. 1. num. 36. & ſeq. & in lect. pract. in rubr. Inſt. quib. alien. lic. vel*
667 *non nu.* 20. ✝ Nihilominus, præſcripta dicta limitatione, diſpoſitio dicti capit. non procedit in præſtatione ſeruitij perſonalis militaris; *Bonior. ſuper cap.* 22. *Regis Ioannis Caſtil. deciſ.* 12. *num.* 26. *Mut. ſup. d. cap.* 57 *Regis Martini num.* 94.

Si igitur, his, & alijs priuilegijs ſeruitium perſonale, tam ex parte debitoris, quam creditoris, lætatur; quarè Rex Catholicus ſtatuit, vt elapſo quinquennio, vel anno à morte debitoris amplius peti non poſſit? Reſpondeo, quod rationabili ex cauſa Catholicus noſter Rex ſtatuit, ne ſeruitia perſonalia quinquennio elapſo
668 peti poſſint, ✝ quandoquidem, cum prædicta ſeruitia illicò, & incontinenti ſatisfieri ſoleant, vt latè dixi ſupra *priuilegio quinto*; ſequitur manifeſtè, quod optima ratione eſt præſumendum dicta ſeruitia infra tantum temporis ſpatium fuiſſe ſoluta, & ſatisfacta: & hæc ratio aſſignatur *a tex. noſtro* ibi *(perche ſi deue credere, che tali ſeruitij ſi debbiano pagare incontinenti, ò infra breue tempo)*
669 Hinc prudentiſſimi legum latores, ✝ ſtatuere

re; quod cum ſeruitia perſonalia infra breue tempus ſoluantur elapſis duobus annis, amplius peti nequeant à familiaribus Prælatorum, prout ſtatuerunt Paulus III. *in extrauag. ſicut nobis* & Pius V. *in extrauag. cupientes*, de quibus meminit *Vinc. Grilanz. conſ. 52. num. 2. & 3.* ✠ Similiter inuictiſſimus Carolus V. Hiſpaniarum Rex ſtatuit Madrid anno 1528. in publicis Hiſpanorum Comitijs, vt merces à famulis, & ſeruientibus exigi non valeat poſt triennium, ab eo die, quo à famulitio ceſſarunt, meminere *Couar. in cap. poſſeſſor p. 2. §. 11. n. 2. verſ. Ad idem Duen. reg. 6. verſ. ſed poſito & reg. 301. in princip.*

670

671 Nec diſſimiliter ſtatuit ✠ Ludouicus XII. Gallorum Rex anno 1512. vt famuli intra annum à die, quo ſeruire ceſſauerint, tantum, & non vltra ſalarium petere poſſint; niſi ſcripturam producant in iudicium, qua probetur petitio ex *Curt. Simpho. in Arreſt. Armo. 44. meminit Couar. vbi ſupra;* ✠ ac etiam de alia lege Caroli Ceſaris, Catholici Hiſpaniarum Regis apud Bruxellas Brabantiæ anno 1540. duorum annorum tempus ad hoc diffiniente ✠ in Regno quoque Cataloniæ ſtatutum eſt pharmacopulas infra biennium, & non vltra, medicinas ex eorum officina deſumptas petere poſſe, & famulos infra annum à die finiti ſeruitij, niſi cautionem

672

673

aliquam à dominis de mercede obtinuerint; Artifices, opifices, & cerdones, quod eis rationis ſuæ artis debetur, infra triennium, & non vltra petere poſſunt; ſicut quoque notarij; niſi cautionem de eorum ſalario habeant, *ex Cancer. cap. 15. de præſcript. p. 2.* notat *Ricc. coll.* 1992.

Nec immeritò prædicta proceſſerunt ſtatuta
674 ✠ quandoquidem triennio ſeruitia perſonalia præſcribuntur *ex Gratian. deciſ. Marchiæ* 53. *&*
ex Gamm. deciſ. 354. notauit *Ricc. coll.* 1079. *in*
675 *fine, & coll.* 285. Etenim ✠ ſicut res mobilis triennio vſucapitur *l. 1. C. de vſucapio. transform.* §.
676 1. *Inſt. de vſucap.* ✠ Eodem modo actio ad rem mobilem, eodem temporis ſpatio vſucapitur *ex Tiraq. addit. ad gloſ. in d. §. 1. verb. vſucapiuntur.* Et ſic patet reſponſio ad dubitationem propoſitam.

677 Secundo principaliter quærendum cenſui ✠ an ſtatutum noſtrum viribus ſubſiſtat in foro fori? Et reſpondeo affirmatiuè, ex quo ſtatutum noſtrum, non ſimpliciter excludit creditorem ſalarij, ex lapſu temporis; ſed præſumit vlterius ſolutionem, & ea præſumpta excludit creditorem a petitione, vnde validum dixerunt præſens ſtatutum *Hoſtienſ. in ſum. tit. de præſcript. verſ. verum Balb. de præſcript. in p. 2. 3. part. princip. quæſt. 9. Gabriel. comun. concluſ. tit. de præſcript.* con-

concluſ. 4. *num.*3. *Corn. conſ.* 205. *num.* 9. *lib.* 3. *Surd.conſ.* 500. *Burg. de mod proced. ex abrupt. quæſt.* 18 *num.*44. *Oinot. auctor damnatus, ſed ex purgatione permiſſus in §.* 1. *num.* 18. *Inſt. de vſucap. Mut, ad cap.* 57.*Regis Martini num.*129. *& in terminis conſimilis ſtatuti Duen. reg.* 6. *Couar. loco cit. num.* 4. *&* 5. *Nell. de ſanct. Gemin. de Bann.* 2. *p.* 2. *temp. num* 4. vbi diſputat quæſtionem ad partes *ex Ferdin, Suar. de Matrimo. num.* 23. *Villalob. com. opinio. verb. ſtatutum num.*107.

678 Probatur primo ✝ Princeps per proclama generale poteſt excludere creditores ſuper aliqua re, ſi infra certum tempus non comparuerint, & debitum petierint, *ex Coſt.conſ.*79. *num.* 12. *& ſeq. Amat. reſol.* 11. *num.*17. adnotaui *in interpret. pragm. vnic. de mod. proced. ſumm. p.*2. *cap.* 2. *num.* 210. vbi memini ita ſeruatum in M. C. quibus addo *Intrigl. ſuper bull. quæſt.*47. *Maſtril. de magiſtr. lib.*3.*cap.*4. *num.* 174. de qua re videas omnino *Rolan. conſ.* 42. *lib.* 3. Ergo eodem modo poteſt excludere creditorem ſalarij, ſi infra certum tempus illud non petierit.

679 Secundo probatur ✝ & ſi ſupremus Princeps regulariter ius alterius tollere nequeat; niſi data iuſta compenſatione; tamen, quando diſponit per ſtatutum generale, poteſt illud tollere, nulla

data compenſatione *Alex. conſ.* 108. *col.* 3. *vol.* 3. *Dec. in cap. quæ in eccleſiarum num.* 21. *de conſt. Gozad. conſ.* 5. *num.* 21. quos recenſet *Gabriel. comun. concluſ. tit. de iur. quæſit. non toll. concluſ.* 3. *num.* 26. ideo potuit recto iure Rex noſter Catholicus tollere ius creditoris ſalarij, ſiue mercedis.

680 Sed obicies primo ✝ non deſunt DD. aſſerentes tale ſtatutum viribus non ſubſiſtere, cui opinioni fauent *Bart. in l. omnes populi num.* 24. *ff. de Iuſt. & Iur. Gabriel. comun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ.* 4. *num.* 1. qui teſtatur de magis communi *Eman. Suar. recept. ſenten. verb. præſcriptio num.* 110. *& ſequen. Villalob. comun. opinio verb. præſcriptio num.* 204. qui teſtatur de communi *Addit. ad Din. reg. poſſeſſor lit. A. Grilanz. conſ.* 52. *num.* 32. *& ſeq. & conſ.* 102. *num.* 4. *Mut. ſup. rit. cap.* 132. *in addit. lit. A. Craſ. de effect. clericat. eff.* 2. *num.* 102. Quæ opinio pro-
681 batur, primo. ✝ *Statutum* inducens præſcriptionem cum mala fide non valet, nec in foro canonico, nec in foro ciuili *Canoniſtæ in cap. noui de Iudic. Ioan. de Imol. conſ.* 16. *num.* 1. qui teſtatur de comuni opinione *Gozad. conſ.* 56. *nu.* 13. *Adriad. quolibet.* 6. *art.* 3. pro hac ſententia *Duen. loco cit.* allegat *Innoc. Imol. Felin. Panor. & alios Canoniſtas in cap. fin. de præſcript.* addo

Bald.

Bald. in l. quibus diebus §. ſi dominus C. de condit. & demonſtr. Matheſ. ſing. 23. Alex. conſ. 188. col. 2. verſ. venio ad ſecundum dubium lib. 2. & conſ. 34. col. 1. lib. 3. Boer. in add. ad Din. Muſcell, in reg. poſſeſſor Villalob. com, opinio. verb. præſcriptio num. 204. vbi impugnat *Socc. conſ.* 203. oppoſitum ſentientem, & teſtatur de comuni *Gabr. com. concluſ. tit.* de *præſcript. concluſ.* 4. *num.* 1. vbi teſtatur de magis comuni opinione *Bald. de ſtatut. queſt.* 24. *Eman. Suar. recept. ſent. verb. præſcriptio num.* 210. *Rolan. conſ. 6. num. 42. lib. 3. Bero. queſt. 5. num. 2. Bonacoſ. com. opinio. crim. verb. præſcriptio p. 1. & 2. Grilanz. d. conſ. 102. num. 7. & ſeq. Intrigli. ſing. 115. lib. 1. Mut. ad cap. 57. Regis Martini num. 44. & ſeq. tex. eſt notab. in cap. fin. de præſcript.* ibi (*ſinodali Iudicio diffinimus, vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, tam canonica, quam ciuili*) vbi *gloſ. in verb. quam ciuilis* optimam rationem aſſignat, quod ratione peccati Papa poſſit hoc ſtatuere, cum cauſa ſaltem indirecte pertineat ad Eccleſiam *cap. nouit. de Iudic.*

682 ✠ At vero in caſu ſtatuti noſtri facillime poteſt accidere mala fides, maxime in principali debitore, qui cum ſciat ſe debere eſt in mala fide *cap. vigilanti de præſcriptio.* ibi (*poſt quam ſe nouerit aliena poſſidere, cum bonæ fidei poſſeſſor*

dici

dici non poſſit)

683 Cæterum tenendo priorem ſententiam ✝ dicas, quod Doctores ex aduerſo citati, aſſerentes, ſtatutum, vt ſi creditor non petat creditum infra certum tempus; ab eo excludatur, non valere; intelliguntur loqui in generali regula, quæ limitatur multis modis; & primo, quando ſtatutum fit ex aliqua cauſa ra-
684 tionabili ✝ Secundo, quando verba ſtatuti diriguntur ad creditorem, & non debitorem, quia tunc valet *Gabriel. d. concluſ. 4. num. 3. & 4.* quę limitationes optimè aptantur ad ſtatutum noſtrum, quod fuit rationabili cauſa conſtitutum, vt patet in illis verbis, *(coſa che prima facie demonſtra eſſere ingiuſta, perche ſi deue credere che tali ſeruitij ſi debbiano pagare incontinenti)* Vlterius eius verba diriguntur creditori, ibi *(non poſſa domandare coſa alcuna)* qua propter non
685 obſtant DD. in oppoſitum citati. ✝ Nec argumentum ex aduerſo adductum; nam licet vera ſit concluſio; vt ſtatutum etiam laicale inducens præſcriptionem cum mala fide ſit nullum in caſu ſtatuti noſtri non eſt mala fides; debitor enim non requiſitus, ſi non ſoluit non eſt in mala fide *Adrian. in 4. ſent. tract. de reſtit. Panor. in d. cap. fin. num. 13. & 21. Gabriel. d. concluſ. 3. tit. de præſcript. limit.* vbi habet, quod etiam

in

686 in mala fide præſcribit ſi non eſt requiſitus ✠ licet oppoſitum tenet *Couar. vbi ſupr. num. 3.*
687 Secundo obicies ✠ & ſi Rex Siciliæ in temporalibus non cognoſcat ſuperiorem, nec ſubſit imperio, vt probaui *in lectur, pract. ad tex. in §. contra autem num. 50. Inſt. quib. alien. lic. vel non* addo *tex. in clem. paſtoralis de ſent. & re iu-*
688 *dic.* ✠ Et ob id Rex Siciliæ dicitur Regni Monarcha *Maran. in ſpecul. p. 6 verſ.* & quando appellatur *num. 249. Cum. in probem. rit. num. 6. Maſtril. de magiſtr. lib. 1. cap. 4. num. 16. Camil. Borel. de præſt. Regis Catho. cap. 48. Affl. in prælud. conſt. Reg. quæſt. 1. num. 6. & deciſ. 110. num. 6. Nepit. ſup. conſuetud. Catin. prælud. nu. 82. Ioan. de Amic. conſ. 22. num. 10. Intrig. conſ. 5. num. 16. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. tit. de orig. Baro. num. 35. Petr. de Greg de conceſſ. feud. p. 1. quæſt. 2. num. 4. & quæſt. 4. num. 10. Gugliel. de Pern. de Reg. et Regin. num. 14. Inſer. in cap. 1. num. 11. de his qui feud. dar. poſſ. Craſ. de except. excep. 19. num. 38. in vltim. impreſſione Maring.*
689 *ad rit. in probem. gloſ. 2. num. 8.* ✠ Vnde, & ſi Imperatori æquiparetur, ſicut Imperator non eſt dominus rerum ſingulorum; ſed in eis ſolam habet protectionem, & iuriſdictionem *vt latius dixi in d. §. contra autem num. 39. & ſeq.* ideo non poteſt ſuo ſtatuto dominium rei alienæ in-
al-

alterum transferre, cnm nemo dat, quod non habet *l. nemo plus iuris ff. de reg. Iur.*

Confirmatur primo Princeps abſolutus, & ſi ex cauſa rationabili poſſit tollere ius alterius, tamen hoc facit data æquali compenſatione, *Gabr. com. concluſ. tit. de iur. quæſit. non toll. concluſ. 2. num. 25.*

690 Confirmatur ſecundo, ✠ nam & ſi Summus Pontifex in beneficijs habeat plenitudinem poteſtatis, omniaque beneficia ei ſint manualia, & obedientialia, ſitque Epiſcopus Vrbis, & orbis *gloſ. in cap. omnis verb. coactè 7. quæſt. 1. Ioan. And. in cap. quod ob gratiam de reg. Iur. in 6. Bald. in l. reſcripta C. de præcib. Imper. offeren. Hoſtienſ. in ſum. tit. de translat. Epiſcop. num. 6. Addit. ad Panormit. in cap. fin. num. 13. lit. F. &* ibi *(quoque Zaccha, de poſtul. Prælat. Gabr. com. concluſ. tit. de Iur. quæſ. non toll. concluſ. 1. num. 9. Rip. conſ. 38. num. 6. Bero. conſ. 14. num. 12. lib. 1. Eman. Sà in Aphoriſ. confeſſ. verb. Papa*
691 *num. 8.* ✠ Et nihilominus ſi Papa transfert Epiſcopum de vno ad alium Epiſcopatum, inuitum tenetur ei tradere bonum cambium *tex. eſt in cap. cum pridem de renunt.* vbi *Innoc.* & alij *Panor. in cap. quæſitum num. 7. de rer. permut.* vbi *Zacch. in addit. lit. D. Roman. ſing. 794. Albertin. de Heret. in rubr. cap. 1. in 6. quæſt. 8. nu. 31.*

Cardin.

Digitized by Google

Cardin. Floren. conſ. 150. col. 4. Roman. conſ. 345. Ioan. And. in cap.quo ad gratiam de reg.Iur. in 6. Ioan. Monac. in cap. generale de elect. in 6. Felin. in cap. quæ Eccleſiarum col. 8. de conſtit. Bal. in cap. 1. §. adhoc de pac. Iura. firman. Roland. conſ. 71. num. 11. lib. 3. Euerard. in Topic. loco 99. verſ. decimo. late Panor. in quæſt. 1. part. prima per totam. ideo eodem modo, nec potuit Catholicus Rex noſter tollere ius creditoris ſeruitij perſonalis, niſi facta ſibi compenſatione, & tradito bono cambio.

692 Huic argumento reſpondetur ✝ quod vera eſt concluſio, vt Princeps non poſſit tollere ius alterius abſque iuſta recompenſatione; Tamen limitatur concluſio, quoties ex cauſa rationabili faceret per viam ſtatuti; tunc enim nulla requireretur compenſatio *Gabriel.d.concluſ.2.num. 26.* & latius ſupra dixi *num.682.* Et ſic patet reſponſio ad primam confirmationem. Nec refra-
693 gatur ſecunda confirmatio, ✝ nam & ſi Summus Pontifex transferens Epiſcopum inuitum de vno, ad alium Epiſcopatum, ſi illum transferat ſine culpa Epiſcopi tradat bonum cambium, ſi vero illum transferet ex culpa propria non tenetur tradere bonum cambium DD. *cit. ſuperius n. 688.* conducit *tex. in d. cap. niſi cum pridem,* ibi *inter ſcandalum, & ſcandalum de renunt.*

694 Ampliatur concluſio noſtra probabiliter ✠ vt ſtatutum noſtrum, non dum valeat in foro fori; verum quoque in foro poli, & concientiæ *Hoſt. in ſum. tit. de præſcript. verſ. verum poſt medium Mut. ſup. cap. 57. Regis Martini nu. 129. tom. 3.* vbi excludit peccatum *Oinot. Author damnatus; ſed ex purgatione permiſſus in* §. 1. *nu.* 18. *Inſt. de Vſucapio. Bal. in cap. fin. de præſcript.*

695 ✠ probatur primo *ex Leuit. cap.* 25. vbi dicitur: Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor poſſidebit eam, & poſteri eius in

696 perpetuum, & redimi non poterit ✠ Secundo vt notat *Hoſtien, loco cit.* ſi Rex poteſtatem habet transferendi dominium vnius ad alium, ex ſtatuti diſpoſitione, vt ſupra dixi; non habeo rei alienę concientiam ſed meę. Vnde eo ipſo, quod Rex potuit priuare creditorem ſalarij, iure, & dominio; recta concientia poteſt debitor non

697 ſoluere ✠ Tertio (*vt habet Oinot. Author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus*) lex eſt magis domina rerum noſtrarum, quam priuati domini, & vera authoritate condita cuique tribuit ius, idque iuſtè quis poſſidet, etiam Deo approbante; quia Deus approbat politicas rationes, probabili ratione factas. Adde quod in conſtitutione legis, & capit. noſtri adeſt conſenſus ta-

698 citus creditoris ſalarij ✠ cum populus in Re-

gem

gem omne imperium ſuum, & poteſtatem, legis condendæ contulerit; §. *ſed quod Principi Inſt. de Iur. nat. gen. & ciuil.* vnde creditori volenti, & conſentienti amictere ſalarium, nulla fit iniuria faciunt traddita infra num. 704. hoc eodem commentario.

699 Et licet ✠ quam plures DD. oppoſitum defendant, vt ſcilicet præſens ſtatutum in foro concientiæ non ſuffragetur, ſi debitor ſciat ſalarium non ſolutum, *ex Alphonſ. de Caſtr. de poteſt. leg. penal. cap.* 10. *fol.* 188. tenent in terminis ſtatuti noſtri conſimilis *Duen. reg. 6. & Reg. 306. limit. 6. Couar. loco cit. num. 4. & 5. Grilanz. conſ. 52. num. 32. & ſeq. Mut. ad cap. rit. 132. in addit. lit. A. optimè Aretin. §. 1. num. 4. verſ. aduerſus Inſt. de vſucapio. Bero. conſ. 81. num. 12. lib. 3.* Quorum opinio probari poteſt primo, quia ſtatutum noſtrum fundatur in præſumptione ibi *(perche ſi deue credere che tali ſeruitij ſi debbiano pagare incontinenti, ò infra breue tempo, che s'intenda. & preſuma eſſer ſodisfatto, e pa-*
700 *gato)* ✠ Ideo ſuccedit iuris concluſio, quod ſi lex fundatur in præſumptione; ſi in aliquo caſu ceſſat præſumptio, & veritas eſt in oppoſitum, in foro concientiæ attenditur magis veritas, quam præſumptio *Homobon. in exam. Eccleſ. p. 1. tract. 5. cap. 8. queſt. 53. Ioan. Valer. in*

 dif-

differen. vtriuſq. for. verb. lex differ. 15. num. 1. Layman. in Theolog. moral. tract. 4. cap. 21. nu. 4. Fernand. in exam. Theolog. moral. p. 2. cap. 4. §. 3. num. 4. Megal. 2. 2. lib. 2. cap. 7. quæſt, 2. num. 55. Dian. p, 1. reſol. moral. tract. de legib. reſol. 27. Igitur in caſu quo nulla eſt facta ſolutio ſeruitij perſonalis, & ſi ex lapſu quinquennij prçſumatur facta; huiuſmodi præſumptio nihil ſuffragatur in foro concientiæ.

701 Nihilominus ✝ ſubdiſtinctione facilè opiniones conciliantur: Aut loquimur de debitore certè ſciẽte ſe ad ſalariũ teneri & nunquam ſaltẽ extra iudicialiter ad illius ſolutionem interpellato,& tunc procedit opinio affirmatiua in noſtra ampliatione poſita, quia debitor, qui perſonali actioni tenetur licet ſciat debere ſi tamen, vbi requiritur, non fuerit interpellatus, & requiſitus non dicitur in mala fide, & ſic ad eius fauorem ex negligentia creditoris non agentis præſcribit; quia ſaltem iuſtè præſumere potuit creditorem ex quo non interpellauit nec repetit, velle debitum donare remittere vel maiorem gratiam differendo facere: licet ſecus eſſet ſi actione reali teneretur, quia tunc mala fides non ex diligentia creditoris agentis ſed ex poſſeſſione rei contra propriam conſcientiam detemptæ cauſaretur. prout punto firmauit *Hoſtienſ. in ſumma tit.*

de

Digitized by Google

de præſcrip.§.quæ res preſcribi poſſunt ſubverſ.Actio nes vero Abb. Dec. optimè Tiraquell.cum alijs per ſurd. conſ. 234. num. 32. tom. 2. quibus addo *Barth.in l.ſequitur §.ſi uiam ff. de vſucap. per Innocent. Panorm.* & alios ſequutum,vt in indiuiduo, & in terminis ſtatuti noſtro ſimilis refert *Corn.cōſ.272.n.3.to.4.*& melius omnino vidēdus *Conſ.206.ſub n. 5. verſ.tamen his non obſtātibus to.2.Aufrer.addit.ad capp.Toleſ.deciſ.74.ſub n.2. cum alijs bene per Gratian. deciſ. 4. num. 59.* Aut loquimur de debitore aliquando inter pellato, & tunc procedit opinio negatiua in contrarium adducta quia per interpellectionem dicitur in mala fide quæ omnem præſcriptionem,& quodlibet iuris beneficium tollit ac peccatum inducit *cap.fin.de præſcript. reg 2. de regul. iuris in 6.* cum in finitis qui ad præpoſitum adduci poſſunt.Nec poteſt in noſtro ſtatuto actionem creditori tollente aliqua vis fieri,quia cum inducat præſcriptionem cum mala fide non valet,vt diximus ſupra nu.681.

Supradicta opinio pro noſtra ampliatione ita concordata licet in puncto iuris vera ſit, & forſitan non vulnerabilis ac in decidendo prorſus ſequenda tamen in praxi, & in conſulendo pro ſalute animarum iudicarem tutius eſſe,maximè terminis noſtri ſtatuti actentis,negatiuam

am-

amplecti, ea motus ratione quia dum ſtatutum fundatur in præſumpta ſolutione durum videtur contra propriam., & certam concientiam calcitrare, & ideo cum *Couarr.* conſulerem quod quandocumque veniret creditor (dummodo interpellet) teneatur debitor certus abſque cauillationes ſoluere optime *Couar. in cap. poſſeſſor p. 2. §. 11. n. 3. verſ. rerum.*

702 Qua diſtinctione ſuppoſita ✠ confirmatur noſtra ſententia, namque non eſt credendum, Regis Ferdinandi proceres conſiliarios, fuiſſe tantæ perditæ concientiæ, vt voluiſſent conſulere, Regi, tam Catholico, vt legem conderet contra concientiam,& peccatorum inductiuam in diſpendium eorum animarum; ſi ſciuiſſent Regem non poſſe, hac ex cauſa priuare creditores ſalario mercedis, ad tradita in ſimilibus *per Filiucc. tom. 1. tract. 16. cap. 12. nu* 258. Vnde motos fuiſſe iuſta, rationabilique cauſa præſumendum eſt, vt tradit *Hiero. Branc. in defenſ. priuileg. Vrb. Panor. num.* 87. & 88. *ex Cicer. lib. de Inuentio.* ea virtute, & ſapientia maiores noſtros fuiſſe, vt in legibus ſcribendis, nihil aliud ſibi, quam ciuium ſalutem,& vtilitatem Reipublicæ proponerent; ſic rationem ſemper in legibus condendis conſideratam credimus.

Tertio quærendum eſſe putaui, an ſtatutum no-

703 noſtrum ſit fauorabile vel odioſum? ✠ Et reſpondeo eſſe odioſum, prout in terminis conſimilis ſtatuti reſpondet *Duen. reg.6. limit.1 Vinc. Grilanz. conſ. 160. num. 37. Bart. conſ.36. nu.2.*
704 ✠ probatur primo, ex quo præſcriptio, & vſucapio, eſt contra naturalem æquitatem, vnde nuncupatur iniquum pręſidium *Angel. in l.qua æquitate ff. de dol. except. Socc. conſ. 86. col. 5. Bald. in l. ancillæ col 3. C. de furt. Marſil. ſing. 370. Grilanz. d. conſ. 160. num. 37. Mut. deciſ.*
705 *31.num.8.* ✠ licet poſſet aliquis huic argumento reſpondere, quod licet præſcriptio ſit iniqua, reſpectu priuatæ vtilitatis, eſt tamen aequa reſpectu publicè comoditatis: intereſt enim Reipublicæ, ne dominia remaneant in ſuſpenſo *Oinot. Author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus*
706 *in §. 1. num. 11. & 12. Inſt. de vſucapio.* ✠ Tanto magis, cum ille contra quem præſcribitur videtur tacitè conſentire rei amiſſioni *l. alienationis ff. de verb. ſignif. Ioan. And. in cap. poſſeſſor vbi Din. miſcel. num. 8. de reg. Iur. in 6. &* ibi *Petr. de Anchar. & Philip. Franc. num. 2. Add. ad Din. num. 7.* allegans *Panor. in rubr. de præſcript. col. 2. &* ibi *Felin. col. 2. verſ. dum dicit gloſ. in cap. ius naturale, &* ibi *Card. Alex. col. 2. & Dom. 1. diſtin.*

707 Ideo melius probatur ✠ præſcriptio 30. vel

40.an-

Digitized by Google

40. annorum eſt odioſa, cum ſit inducta in odium non petientis *l. cum notiſſimi, & ibi Bart. C. de præſcrip. 30. anno.* & infra Deo dante dicam
708 *comen. 2. quæſt. 27.* ✠ at vero præſcriptio ſtatutaria ſuccedit loco præſcriptionis 40. annorum *Caſtrenſ. conſ. 439. num. 3. lib. 2. Bald. de præſcrip. p. 6. princip. in 20. 3. caſu num. 43. Rot. Roman. coram R. P. D. Giſſio in cauſa Romana cenſus de Gapbarellis 9. Decembris 1587. apud Cenc. de cenſib. deciſ. 230. n. 4.* ideo ſequitur, quod diſpoſitio noſtri ſtatuti ſit odioſa.

709 Obicies primo ✠ ſtatutum cogens perſonas coniunctas ad compromittendum, prout eſt in Regno noſtro capit. 85. Regis Caroli dicitur fauorabile *Iaſ. in l. qui ſe patris num. 52. & 55. C. vnd. liber. & in l. de quibus num. 17. ff. de legib. Marſil. ſing. 467. Tiraq. de cauſ. ceſſ. p. 1. in princip. num. 34. Duen. reg. 36. Alex. in l. lex falcidia num. 5. ff. ad l. falcid. Intrig. ſing. 195. lib. 1. Dec. in l. ſi quis in conſcribendo ſub num. 36. C. de pact. Rolan. conſ. 72. num. 65. lib. 1. & conſ. 57. num. 13. lib. 2. Caſtrenſ. in l. properandum C. de Iudic. num. 2. Caſtil. deciſ. 245. num. 3.* vbi teſtatur de comuni *Arno. ſoliloq. 76. Bocta in addit. ad gloſ. in pragmat. odia verb. odia de comprom. int. perſo. coniun.* & ibi *Piſanel. in addit. ad gloſ. verſ. mixtis.* Quicquid dixerit *Dec. conſ. 3. col. 4.* quem allegat

allegat *Piſanel. in addit. ad d. pragm. odia verſ.*
710 *Decius* ✠ Ergo eodem modo debet fauorabilis cenſeri ſtatutum noſtrum. Probatur conſequentia à paritate rationis; ideo namque ſtatutum cogens ad compromictendum eſt fauorabile, quia imponit finem litibus *ad tex. in cap. finem litibus de dol. & contum. l. fin. ff. famil. berciſ. l. congruentius C. de patr. poteſt. gloſ. in d. pragm. Neap. odia circa principium vbi Bartolom. de Capu. num.* 1. *cap. diſpendia de reſcript. in 6.* eodem modo noſtrum ſtatutum videtur inductum vt imponat finem litibus ibi *(non poſſa domandare coſa alcuna)* & valet argumentum de vno ad aliud ſimile *latè Euerard. de cent. mod. argum. loco* 10.

711 Reſpondetur, ✠ quod non militat eadem ratio inter ſtatutum cogens ad com-
712 promictendum, & ſtatutum noſtrum: ✠ nam ſtatutum cogens ad compromictendum reſpicit vtilitatem vtriuſque partis, & tam actorem, quam conuentum compræhendit *Intrig. ſing.* 190. *lib.* 1. *Burg. de laudim. p.* 3. *inſpect.* 24. *nu:* 3. At vero ſtatutum noſtrum reſpicit ſolam vtilitatem debitoris, & tota eius ſeries, tam in prohemio quam alibi videtur inducta, ne creditor poſſit petere ſalarium ibi *(non poſſa dimandare*
713 *coſa alcuna)* & ſic in odium creditoris ✠ & ex

prohemio colligitur cauſa finalis. *l. vltima. iun-*
cta gloſ. in verb. modus. vbi Bart. Bal. Ang. &
Imo. ff. de hæred. Inſt. Dec. conſ. 379. col. 3. verſ.
& vlterius iſta concluſio Tiraq. de cauſ. ceſſ. li-
mit. 1. num. 64. Becc. conſ. 20. num. 11. Ricc.
coll. 2569. Bero. conſ. 141. num. 8. lib. 3. Ioan.
Crot. conſ. 51. num. 6. Mut. deciſ. 81. num. 27.
Petr. de Greg. de cenſib. quæſt. 3. nu. 2. Coſt. conſ. 72.
num. 5.

714 Obicies ſecundo, ✠ vſucapio, quæ eſt de mo-
bilibus, & triennio completo eſt fauorabilis *gloſ.*
in §. primo verb. per triennium vbi Aret. num. 5.
verſ. in ea gloſ. in fine Chriſtofo. Port. num. 3. &
eius Addit. lit. B. lit. D. Inſt. de vſucap. Din. in
reg. poſſeſſor. num. 10. Vigl. Zuechem. Frig. in §.
præterea num. 4. Inſt. quib. non eſt permiſ. fac. te-
715 *ſtam.* ✠ Quicquid dixerit in oppoſitum *Addit.*
ad Fabr. in d. §. 1. lit. D. Ideo cum ſtatutum no-
ſtrum vſucapionem, vel quid ſimile illi, intro-
716 ducet, videtur eſſe fauorabile. ✠ Reſpondetur
quod diſpoſitio noſtri ſtatuti non inducit vſuca-
pionem; ſed præſumptionem ſolutionis, vt infra
patebit proximo quæſito; Et tamen, ſi induce-
ret vſucapionem, cum eſſet ſtatutaria, vtique
eſſet odioſa, cum ſuccederet in locum præſcrip
tionis 40. annorum vt ſupra dixi nu. 706.

717 Ex prædictis igitur infertur ✠ quod ſtatu-

tum

Digitized by Google

tum noſtrum eſt ſtrictè intelligendum prout in terminis ſimilis ſtatuti *Duen. reg. 306. limit.* 11. *Nouar. de grauam. Vaſſ. grau.* 370. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1.

718 Quarto, quærendum putaui, ✠ cum capit. noſtrum fuerit confectum à Catholico Rege Ferdinando in generalibus Comitijs 14. Ottobris 1509. vt patet in concluſione priuilegij, ex cuius iuſtis nuptijs orta fuerit Ioanna, & ex Ioanna Carolus Imperator V. & ex Carolo exinde Philippus II. Hiſpaniarum, ac Siciliæ Rex, vt comuniter tradunt Hiſtoriografi noſtrates, & habetur in prohemijs capitulorum, tam Regis
719 Caroli, quam etiam Regis Philippi II. ✠ Iſte enim Phillippus inuictiſſimus Rex, pronepos Ferdinandi, ex inde anno 1577. 24. Martij ſuo ſtatuto mandauit, in Regno noſtro procedendum fore ſummariè, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, cuius tenorem ſummatim explicaui *in interpret. eiusdem pragmaticæ in lucem edita.*

720 His ſuppoſitis dubitare contingit; ✠ nam, & ſi quam plures DD. pragmatica prędicta non obſtante, cenſeant, præſcriptionem, maximè bona fide non eſſe ſublatam inter quos *Oſaſc. deciſ. pedem.* 1. *num.* 34. *Burg. de mod. proce. ex abrup. quæſt.* 5. *num.* 64. *Morcel. Conuerſ. in addit. ad Intrig. ſing.* 61. *lib.* 2. quos adduxi in interpret.

Ff 2 eius-

eiusdem pragmaticæ *p. 2. cap. 1. nu.* 38. quibus addo *Strac. de mercat. tit. quomod. in cauſ. mercat. proced. ſit, verſ. ſequitur vt de exceptionibus num.* 10. *fol. mib* 277 *Ioan. Mar. Nouar. de grauam. Vaſſal. tom. 2. prælud. 7. num.* 35 vbi ex *Amat. conſ. 96. num. 20. & 26.* teſtatur pluries extitiſſe decisum in ſacro Neapolitano Concilio

721 Quibus non obſtantibus ✠ in noſtro Siciliæ Regno, & præſertim in M. R. C. oppoſita ſententia eſt recepta videlicet, vt ſtante dicta pragmatica non ſeruetur præſcriptio; niſi immemorabilis, aut centenaria ex noſtratum, & exterorum anthoritate motus, firmaui *loco cit. nu.* 36. quod iterum in præſentiarum firmo, quibus ex priſcis addo *Ang. in l. 1. ff. de neg. geſt. & in l. ſequitur §. ſi viam ff. de vſucapio Iaſ. in repet. l. is à quo pro emptore collat. 25. ff. de vſucap. Marſil.*

722 *ſing.* 370. ✠ Qua propter merito dubitatur, ſi pragmatica prædicta abroget diſpoſitioni præſentis capit. quod fundari videtur in præſcriptione? Huic motiuo negatiuè reſpondendum cenſui, quod fuit habitum pro comperto in M. C. & Conſiſtorio *deciſ. apud Giurb.* 13. vbi latè de huius capit. diſpoſitione fuit diſceptatum, & numquam fuit hæſitatum, eſſe per pragmaticam præcitatam reuocatum. Alibi quoque in Regno

gno fuit ſępè de ſeruitijs perſonalibus in iudicio deductum, & de exceptione præſentis capituli oppoſitum, nec de eius abrogatione replicatum
723 ✠ Ratio eſt in promptu, ex quo capit. noſtrum principaliter in pręſumpta ſolutione,&non pręſcriptione fundatur; vnde ſi debitor ſeruitij perſonalis opponeret de præſcriptione , & non de præſumpta ſolutioue, vtique ſuccumberet *Giur. d. deciſ.13.num.11. & ſeq.* vbi teſtatur ita deci-
724 ſum ✠ Nec refragatur , quod iſta præſumptio videtur quid ſimile præſcriptioni ; nam reſpondeo, quod eſt quid ſatis diuerſum , cum vſucapio, ſiue pręſcriptio mobilium eſt acquiſitio dominij per continuatam poſſeſſionem temporis à lege definiti *gloſ. in princip. verb. quod au-*
725 *tem 17.quæſt.1.* ✠ At vero præſumptio eſt probabilis coniectura , ex certo ſigno proueniens, quę alio non adducto pro veritate habetur *Alciat. de præſumpt. p.3. nu.1.* Vlterius dico, quod non omne ſimile eſt idem, & ſic impono finem comentario primo huius capit. ad laudem omnipotentis Dei , & Beatiſſimæ Matris Marię, Sanctique Laurentij Martiris , ac totius Curiæ Celeſtis.

SVM-

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMARIVM
COMMENTARII SECVNDI

Artifices in noſtro capit. contenti qui nam ſint num. 1. & 2.

Seruitium perſonale quid ſit nu. 3. & 4.

Mulier compræhenditur in noſtro ſtatuto n. 5.

Mulier compræhenditur in ſtatuto generali, niſi ſpecialiter inueniatur excepta nu. 5.

Mulier compræhenditur in ſtatuto de non incedendo tempore noctis nu. 6.

Licet mitius puniatur nu. 7.

Mulier compræhenditur in ſtatuto cogente ad compromictendum nu. 8.

Dictio, perſona, compræhendit maſculum, & fœminam nu. 10.

Mulier an compræhendatur nomine generis vel poſterorum num. 11. & 12.

Mulier an compræhendatur in ſtatuto de exulando num. 13.

Statutum noſtrum non compræhendit minorem nu. 14. & ſeq. vbi laté.

Præſcriptio an currat contra minorem nu. 15. & 16. & 17.

Statutum odioſum non compræhendit minorem num. 18.

Statutum cogens ad compromictendum compræ- ben-

Digitized by Google

præbendit minores num. 19.

Statutum generaliter loquens an compræbendat minores nu. 20. & 21.

Decennium noſtri ritus an compræbendat minores nu. 22. & 23.

Clericus non compræbenditur in noſtro ſtatuto num. 24.

Amplia ſi tempus ſtatuti noſtri incepit currere tempore quo erat laicus no. 25.

Amplia, vt nec ipſe poſſit lætari ſtatuto noſtro nu. 26. & 27.

Clericus non poteſt cogi ad compromictendum num. 28.

Oppoſitum eſt probabilius nu. 29.

Statutum cogens ad compromictendum concernit modum procedendi nu. 30. & 31.

Statutum noſtrum concernit modum decidendi num. 32.

Capitula Regni an ligent Clericos num. 33. & ſeq.

Statutum Laicale concernens vtilitatem Clericorum, & Laicorum an compræbendat Clericos nu. 37. & ſeq.

Clericus an compræbendatur in ſtatuto diſponente vt poſſit dici de nullitate infra certum tempus et non vltra n. 39. & ſeq.

Clericus an compræbendatur in diſpoſitione ritus ſpolij

ſpolij nu. 42. & 43.
Iudeus non poteſt ſe lætari beneficio noſtri ſtatuti nu. 44. & ſeq. vbi latè.
Hoſtes publici non gaudent beneficio ſtatutorum nu. 45.
Iudei ſunt hoſtes publici in ditionibus Regis noſtri nu. 46. & hoc iuſtis de cauſis nu. 47.
Inimicus non gaudet benefitio ſtatutorum nu. 48.
Iudei de iure comuni compræhenduntur in ſtatutis nu. 49. & ſeq.
Capitula Regni an ligent iudeos nu. 51. & ſeq.
Homo poteſt quinque modis conſiderari nu. 53.
Iudeus eſt extra gremium Eccleſiæ nu. 54.
Iudei primo ſeruant legem Moſaycam, & in defectu ius comune nu. 55. & 56.
Iudeus & ſi non poſſit ſe lętari beneficio ſtatuti noſtri, adhuc contra eum alter poteſt illo ſe lætari num. 57.
Iudei tollerati gaudent beneficio ſtatutorum in Regno noſtro num. 58.
Forenſis præſtans ſeruitium in Regno noſtro compræhenditur in noſtro ſtatuto nu. 59. & 60.
Limita ſi ſeruitium fuerit extra Regnum præſtitum nu. 61.
Salarium officialium non compræhenditur in ſtatuto noſtro vbi probatur. n. 62. & ſeq.
Limita in ſportulis nu. 65. & ſeq.

Salarium officialium ſoluitur ex Aeracio Regis ſub num.64.
Subrogatum quando non ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur nu.66. & 68.
Statuti noſtri beneficium non eſt à parte opponendum nu.69.
Oppoſitum defendit author nu.70. & ſeq.
Iudex non tenetur inpartiri officium ſuum, niſi parte petente num.71.
Præſumptio eſt allegada nu. 72.
Statutum imponens penam Iudici ne diffiniat cauſam, locum non habet niſi parte petente num. 73.
Expenſarum condemnatio an locum habeat parte non petente nu.74. & ſeq.
Reuiſio debito non ſoluto an poſſit peti, parte non petente ſolutionem debiti nu,78.
Fideiuſſio in caſu ſuccumbentiæ an ſit præſtanda parte non petente nu. 79. & ſeq.
Emptor an teneatur offerre prætium venditori nu. 81. & ſeq. vbi latè.
Conſilium ſapientis an ſit præſtandum parte non inſtante nu.85. & ſeq.
Appellatio an ſit commictenda parte non iſtante nu.87.
Fideiuſſor non interpellatus non teneatur præſentare principalem nu,88. & ſeq.
Fide-

Digitized by Google

Fideiuſſori an detur more purgatio ad præſentandum ante quam pœna fuerit fiſco incorporata nu.90. & 91.

Dilatio an concedatur parte non petente num.92. & ſeq.

Venditor non interpellatus an teneatur defendere emptorem num. 95. & ſeq.

Epiſcopus non vocatus non tenetur accedere ad Sinodum num. 98.

Teſtator poteſt mandare. vt eius hæredes per certum tempus ſtent in comuni num.99.

Limita ſi nullus ex hæredibus inſtet n.100.& ſeq.

Iuramentum ſuppletorium, non defertur, niſi parte petente nu.102.

Iuramentum calumniæ non defertur niſi parte petente num. 103.

Pactum de non opponendo non prodeſt, niſi parte inſtante nu.105.

Licet oppoſitum dicat Anton. de Bal. nu.106.

Limita quando capitula fuiſſent admiſſa cum clauſula ſaluo iure impertinentium nu.108.

Reſciſſionis exceptio non admictitur in cauſa exequutiua parte inſtante num.109.

Luctus annus nõ cõceditur niſi parte petẽte n.110.

Luctus tempore qui vult ſe lętari tenetur ſatiſdare, ſed parte petente nu.111. & ſeq.

Terminus ad reprobandum parte non petente an ſit dan-

dandus num. 113. & ſeq.

Termino innocentiæ tradito, & ſi tradendæ ſint copiæ, an ſint tradendæ parte petente num. 115. & ſeq.

Bannitus parte non opponente an poſſit audiri in Iudicio num. 117. & ſeq.

Quindena an currat non exibitis ſcripturis, parte non petente num. 119.

Quindena non currit, niſi præſtito de dupplo, & quid parte non petente num. 120. & ſeq.

Apoca ex literarum comparatione non recognoſcitur num. 122.

Licet oppoſitum aliqui teneant num. 123.

Limita parte non opponente nu. 124.

Limita quando adeſſet maxima ſimilitudo num. 125.

Limita quando teſtes comparantes eſſent conſanguinei nu. 126.

Oppoſitum defenditur nu. 127.

Limita in antiquis nu. 128.

Limita ſi ſcriptura fuit ſcripta à viro optimè opinionis num. 129.

Limita in ſcriptura priuata inter liberos nu. 130.

Oppoſitum nu. 131.

Limita in ſcriptura non excedente libram auri nu. 132. & quanta ſit libra auri nu. 133.

Limita in literis miſſiuis nu. 134.

Li-

Licet oppoſitum alij dixerint nu. 135.
Limita quando teſtes ſubſcripti vita functi ſunt nu. 136.
Limita quando vltra comparationem adeſt vnicus teſtis de viſu nu. 137.
Limita quando adeſt ſtatutum vt credatur apocę recognitæ nu. 138. & 139.
Limita quando ſcriptura ad quam fit comparatio reperitur in Archiuio num. 140.
Limita in Curia Romana nu. 141.
Limita quando Apoca reperiretur in ſcripturis ſcribentis nu. 142.
Limita quando adeſſent alia adminicula nu. 143.
Limita in epiſtola nu. 144.
Limita in apoca de longinquis partibus nu. 145.
Limita ſtante conſuetudine vbi latè n. 146. & *ſeq.*
Excomunicationis abſolutio an impendatur non petenti nu. 150. & *ſeq.*
Vſusfructuarius ſi non præſtat cautionem an lucretur fructus nu. 155. & *ſeq.*
Mandatum an ſit exibendum parte non petente nu. 158.
Ceſſio an ſit oſtendenda parte non petente nu. 159. & 160.
Tutor an ſit dandus pupillis à iudice nemine inſtante nu. 161.
Solemnitas extrinſeca, & ſi non præſumatur intel-

telligitur parte non petente nu. 162.

Spoliator parte non petente auditur reſpoliata non reſtituta nu. 163.

Exceptio quæ remictitur in fine cauſæ parte petente decidi debet ſeparatim à diffinitiua nu. 164.

Exceptio litis pendentiæ non admictitur, niſi parte petente num. 165.

Libellus oſcurus parte non opponente valet n. 166.

Libertus tenetur ad opera patrono, eo petente num. 167.

Procurator in criminalibus non admictitur parte petente nu. 168.

Statutum cogens ad compromictendum intelligitur parte petente nu. 169.

Statuti beneficium intelligitur indultum parte petente nu. 170.

Quid ſi ipſo iure aliquid fieri velit nu. eod. & nu...

Statutum noſtrum locum non habet, ſi de ſalario adeſt publicus contractus, aſſignatur ratio ab aliquibus DD. quæ impugnatur, & alia ab Authore aſſignatur nu. 171. & ſeq.

Amplia, ſi de conſtitutione ſalarij appareat per apocam priuatam nu. 174.

Res per eadem principia per quæ fit per eadem reſoluitur nu. 174.

Exceptio licet firmet regulam in caſibus non exceptis; tamen non operatur, vt in regula compræhen-

Digitized by Google

bendantur ea quæ de ſui natura non compræbenderentur nu 175.

Exceptio non firmat regulam in caſibus de iure communi non exceptis nu.176.

Exceptio, & ſi firmet regulam, actamen extenditur ad caſum omiſſum, vbi eſt eadem ratio, vel æquitas nu.177.

Capit. 85. Regis Caroli extenditur ad caſus vltra exceptos nu.198.

Statutum noſtrum non tollit exceptionem num. 179.

Temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendnm nu. 180.

Statutum noſtrum non compræbendit debitum iuratum nu.181.

Statutum generaliter loquens non compræbendit caſum iuratum nu.182.

Princeps temporalis non poteſt apponere manus ſuper iuramenta nu.183. & ſeq.

Princeps temporalis in remittendo iuramentũ non habet vim Apoſtolici nu.187. & ſeq.

Periurus an poſſit abſolui ab ordinario, vel à ſolo Summo Pontifice nu.185. & ſeq.

Dilatio conceſſa à Principe temporali extenditur ad debitum iuratum nu.189. & curſ nu.190.

Princeps temporalis poteſt diſponere indirectè de iuramento nu.191. & ſeq.

Pe-

Periurus à quo Iudice ſit puniendus nu. 193. & ſeq. ibi late.

Statutum noſtrũ non procedit tam in debito iurato iuramento deciſorio, quam aſſertorio n. 197.

Statutum noſtrum non procedit in debito iurato etiam iuramento extra iudiciali, licet oppoſitum dicat Merlin. nu. 198.

Periurus iuramento litis deciſorio criminaliter puniri nequit nu. 199.

Oppoſitum aliqui dicunt nu. 200. quæ ſecunda opinio poteſt procedere de iure canonico nu. 201.

Statuti noſtri tempus currit à die finiti ſeruitij nu. 202.

Amplia ſi famulus recedat, & ſtatim reuertatur, vt tempus currat ab vltimo receſſu nu. 203.

Dictio incontinenti quid ſignificet nu. 204.

Retentione vti poteſt creditor ſalarij lapſu temporis ſtatuti noſtri non obſtante nu. 205.

Retentio eſt fauorabilior, quam exceptio num. 206.

Legatarius ex teſtamento non ſolemni an poſſit ſibi retinere legatum tuta concientia num. 207. & 208.

Dolus dolo compenſatur nu. 209.

Aduocatus clientis habenti ius in meritis poteſt vti cauillationibus nu. 210.

Dolũ nõ cõmittit qui agit ſtatuto permittẽte n. 211.

Fu-

Digitized by Google

Furari an liceat alienam rem in propriam compenſationem nu.212.

Statuti noſtri diſpoſitio locum habet etiam ſi debitor mandauit omnia eius debita ſoluenda n.213 & ſeq.

Amplia, ſi mandauit ſoluere pro exoneratione eius concientiæ nu.220.

Limita, quando nihil aliud deberet, niſi debitum præſcriptum & nominaret perſonam creditoris nu.221.

Debitum præſcriptum remanet debitum naturale nnm.215.

Debitum naturale non dicitur propriè debitum nu. 216.

Teſtamentum anveniat nomine contractus n.217. & ſeq.

Iuramentum deferri poteſt ei qui opponit de ſolutione præſumpta per ſtatutum nu.222.

Oppoſitum defendit Author latiſſimè num. 223. & ſeq.

Præſcriptio ſuffragatur in foro concientiæ num. 220.

Iuramentum deferri non poteſt actori, & conuento habenti intentionem fundatam nu.223. & 224.

Amplia ſi habeat intentionem fundatam ex lapſu temporis nu.225.

Digitized by Google

Iuramentum deciſorium an poſſit deferri conuento ſi actor non habet intentionem fundatam num. 226. & 227.

Iuramentum deciſorium non defertur in claris num. 228.

Iurare qui recuſat ex cauſa rationabili non habetur pro confeſſo nu. 230.

Statutum noſtrum comprehendit etiam magiſtrum docentem nu. 231. Reſpondetur Duen. nu. 233.

Amplia, quod æque procedit in artifice artis mecchanicæ, ac liberalis nu. 234 & ſeq.

Artis nomine quid veniat num. 232.

Iuris ſcientia non eſt mechanica nu. 234.

Salarium quod ſoluitur pro adiſcenda arte liberali ſoluitur pro iure laboris nu. 235.

Filius familias poteſt ſe locare pro adiſcenda arte ſicut eius mater nu. 236.

Statuti noſtri beneficium an poſſit opponi in 2. iudicio nu 237.

Capit. 85. Regis Caroli beneficium an poſſit opponi in ſecundo iudicio nu. 238.

Capit. 85. Regis Caroli beneficium an poſſit opponi poſt litis conteſtationem n. 243. & ſeq.

Exceptio peremptoria poteſt opponi in ſecundo iudicio nu. 239.

Exceptio declinatoria eſt ante omnia opponenda nu. 241. & ſeq.

Sta-

Digitized by Google

Statutum noſtrum non procedit, ſi fideiuſſor tempore non dum elapſo ſoluat n.245.

Interruptio facta ab vno reo an noceat alteri correo. & quid in fideiuſſore n. 246. & 247.

Fideiuſſorem ſeruare tenetur indemnẽ principalis debitor n.248.

Ceſſionarius venit nomine creditoris n. 249.

Capit.85. Regis Caroli an comprębendat ceſſionarium late n.250. & ſeq.

Statutum noſtrum an procedat ſi tempore perdurante vnus correus banno ſupponatur nu. 255.

Statutum noſtrum procedit etiam in actione reali n.256. & ſeq. Reſpondetur Duen.n258. & 259.

Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio nu.256.

Actio oritur ex obligatione nu.257.

Liberatione legata, an cenſeatur legata liberatio actionis realis n.260. & ſeq.

Preſumptio iuris admictit probationem in contrarium nu. 262.

Preſumptio Iuris & de iure non admictit probationem in contrarium n.263.

Limita in confeſſione partis nu.265.

Sublimita in criminalibus nu.266.

Limita ſecundo parte non opponente nu. 267. & 268.

Limita per teſtes valde legales nu.269.

Limita indirecte nu.270.

Limita vt competat reſtitutio in integrum n.271.

Præſumptio ſtatuti noſtri eſt iuris, & de iure nu. 264.

Statuti noſtri tempus non currit impedito n.272.

Amplia, vt nec tenetur proteſtari de impedimento notorio nu.275.

Limita, quoties impeditus potuit ſummouere impedimentum nu.274.

Inſtantia non currit impedito nu.273.

Statuti noſtri tempus interrumpitur ex ſolutione partis debiti nu.276.

Limita, quando non ſoluitur vt pars. ſed vt totum nu. 277.

Præſcriptio quando interrumpatur ex ſolutione partis debiti nu.276. & 277.

Statuti noſtri tempus non interrumpitur ex petitione extraiudiciali nu.278. & ſeq.

Diſtingue ſub n.281. verſ. intellige.

Dictio petere denotat iudicialem interpellationum nu 279. & nu.290.

Præſcriptio odioſa interrumpitur per interpellationem iudicialem nu.280.

Statuti noſtri tempus interrumpitur per litis conteſtationem nu.281.

Amplia ſi lis fuerit conteſtata animo non proſequendi cauſam nu.282.

Am-

Digitized by Google

Amplia ſecundo, vt per ſolam citationem interrumpatur dictum tempus nu.283.

Limita hanc vltimam ampliationem, ſi citatio fuit nulla nu.284.

Limita ſecundo dictam ampliationem ſi citatio fuit circumducta nu.285.

Limita tertio dictam ampliationem quoties minor citaretur abſque debita authoritate nu 286.

Octauius Abbruzzus felicis recordationis inſignis eruditionis Vir Genitor Authoris allegatur, & laudatur nu. 287.

Hieronymi Iorlandi reſponſum adducitur n. 287.

Præſcriptio quomodo interrumpatur nu. 288.

Iuramentum ſi non debet admicti, admiſſum non releuat nu 289.

Præſcriptio ſtatutaria quomodo interrumpatur nu. 291.

Annus ſtatuti noſtri quomodo computetur n.292. & 295. & 294.

Præſumptio cedit veriti nu.293.

Statutum noſtrum prouidit duos caſus, & duos non prouidit nu.296. & ſeq.

IN-

Digitized by Google

INCIPIT COMMENTARIVM SECVNDVM

AD CAPIT. 62. REGIS FERDINANDI

EPITOME

Agitur de perſonis, & cauſis in præſenti capit. compræhenſis, vel non.

HABITO pro coſtanti præſens capit. eſſe rationabile, validum, & non reuocatum ex ſuperius dictis in primo Commentario; optimo iure quærendum eſt de perſonis, & cauſis in eo compræhenſis, & non compræhenſis. Ob id quæro primo;

1 ✠ Quæ perſonæ in noſtro capitulo compræhendantur? cui petitioni reſpondetur formalibus verbis eiusdem capit. ibi (*l'aduocati, medici, procuratori, ſollicitatori, aromatarij, cuſtorieri, zauattieri, & altri artigiani, e perſone, che pretendino ſeruitij perſonali de loro arte.*) Artifices plures connumero, & præſertim, Meſſores, Capſarios, ideſt cuſtodientes res repoſitas in capſa, ſiue Arca Artifices, ideſt qui foſſem faciunt, veteri-

narios, qui fodiunt aurum, vel argentum, alias Vitrarios, Architectos, Gurbenatoret nauium, Naupegios, hoc eſt, nauium fabricatores, Baliſtarios, Fabros ſagittarios, Aerarios, Bacularios Structores, Carpentarios, ſcandalarios, ideſt, qui ſcandalis hiberna tegunt; ſcandale autem ſunt tabulæ pertenues, vicem prestantes, Gladiatores, Aquileges, ideſt, aquæ recolligendæ curam habentes, turbareos, lapidareos, & hos qui calcem coquunt, & eos, qui ſildam incidunt, & eos qui arborem cędunt, ac torrent, lancos, venetarios, Victimarios, ideſt qui antiquitus victimas falſis dijs cędebant, illos qui ęgris præſto ſunt librarios, tam illos qui docere poſſunt, quam horreorum, & depoſitorum, Adiutores cornicolariorum, ideſt eorum, qui ſuper ſententijs damnatorum officium habebant, Stratores, Polliones, ideſt, arma polientes, cuſtodes armorum Precones, Buccinatores, hoc eſt tuba canentes, de quibus *in l. fin. ff. de iur. Immun*. Item Pictores, Statuarios, Marmorarios, Lecticarios, ſeu Arcarios, Clauicarios, quadrigarios, vel Quadratarios, Scultores ligni, Muſuarios, Deauratores, Albinos, Argentarios, Barbaricarios, Diatretarios, Fuſores, Lignarios, Plumbarios, Specularios, Eborarios, Fullones, Dealbatores, Curſores, Trigarios, Ciſiarios, Bracterios, & alios de

qui-

quibus *in l.* 1. *&* 2. *C. de excuſat. Artif.* Alios Artifices habes *in l. atheletas ff. de his qui not. infam. & in l.* 1. *ff. de var. & extraord. cognitio. & in conſt. Regni magiſtros mechanicarum de fid.*
2 *Mercat.* ✠ Illud hic omictere non curaui, quod cocus venit quoque nomine artificis *Arnb. epitom.* 81.

Cumque in ſtatuto noſtro fiat mentio de ſeruitio perſonali, & ante omnia ſcire oportet inter cętera, iuxta *Ariſto. præceptum 2. poſter. cap.* 1.
3 *quid ſit res* ✠ Ideo aduertendum eſt, quod ſeruitium, ſiue munus perſonale, eſt illud, quod corporibus labore, cum ſollicitudine animi, ac vigilantia principaliter exiſtit *l.* 1. *ff. de muner. &*
4 *honor.* ✠ Quod principijs philoſophicis ſatis congruit, ex quo perſonale, ſiue corporale, ab intellectuali differt, nam ipſum principaliter in corpore, ſecundario in intellectu conſiſtit: intellectualevero principaliter in anima, & ſecundario in corpore conſiſtit. Vnde illud verbum, principaliter *in d. l.* 1. refertur ad corpus, & non ad animi vigilantiam; nam directum verbum eſt illud quod corporibus: Iy cum ſollicitudine animi, ſtat concomitanter, vt denotat illa dictio cum.

Quero ſecundo, an ſi femina eſt creditrix ſeruitij perſonalis, vt puta, obſtetrix, de qua *in l.* 1.

ff. de var. & extraord. cognit. contra eam poſſit
5 excipi de benefitio præſentis ſtatuti ✠ Et reſpondeo affirmatiuè, nam mulieres ligantur ſtatutis generaliter, & indiffinitè loquentibus, ſicut mares; niſi ſpecialiter inueniantur excepti *Bal. in l. ne paſſim C. de Iur. & fact. ignor. Hippol. de Marſil. in l. ſi quis viduam num. 8. ff, de*
6 *queſt. fol. mihi 55.* vbi plures allegat, ✠ Hinc eſt, vt ſtatutum etiam pęnale, vt puta de non incędendo tempore noctis abſque lumine, compræhendat mulieres *Bonacoſ. comun. opinio. crim. verb. mulieres ex Bart. Alex. Dec. & alijs Camil. Borel. de magiſtr. odict. lib. 3. cap. 9. nu. 29.* & ad materiam vide *Decian. lib. 2. tract. crim. cap. 35.*
7 *num. 41. & ſeq.* ✠ licet contraueniendo mulier ſtatuto pęnali, ob ſexus imbecillitatem mitius puniatur, quam vir *Tiraq. de pen. temperan. cauſ. 9.*
8 Confirmatur ✠ primo, vno ſimili, nam ſtatutum cogens perſonas coniunctas ad compromictendum, prout eſt *cap. Regis Caroli 85.* compræhendit etiam feminas *Alex. conſ. 115. col. vlt. lib. 2. & conſ. 79. col. vlt. lib. 6. & conſ. 135. col. 4. lib. 7. Dec. conſ. 269. num. 2.* & latius *conſ. 223. Gozad. conſ. 20. num. 8. Tiraq. de retr. li-*
9 *gnag. §. 1. gloſ. 9. num. 200.* ✠ Confirmatur ſecundo ex quo ſtatutum noſtrum meminit de

per-

perſonis, ibi (*perſone*) quod verbum æquè comprçhendit maſculos, ac feminas *l. 1. ff. de verb.*
10 *ſignif.* ✠ Vnde non obſtat *Borel. de Magiſtr. edict. lib. 2. cap. 3. nu. 29.* dicens quod ſtatutum, ſi diſponat de maſculo, feminam non compræhendit: nam ſtatutum noſtrum loquitur per verbum æquè comprçhendens maſculum, ac feminam.

11 Obicies primo ✠ de *tex. in l. 1. ff. de iur. immun.* vbi ius immunitatis generi poſteriſque datum, ad eos, qui ex feminis nati ſunt non pertinet. Nam reſpondeo, quod tex. prædictus loquitur in priuilegio, nos autem in ſtatuto *Dec. conſ.*
12 *223. num. 2.* ✠ Vlterius *tex. in d. l. 1.* vtitur dictionibus generi, & poſteris, quæ in potiori ſignificatu maſculos denotant, cum feminæ, non ſint de genere, nec de familia dicantur; at vero dictio (*perſone*) tex. noſtri æquè ſignificat maſculum, ac feminam facit *tex. in l. fin. C. de ſuis, & legit. hæred. & in §. 1. Auth. de hæred. quæ ab Inteſt. nobis defer.*

13 Obicies ſecundo ✠ in ſtatuto de exulando, pro bannito conſanguineo non compræhenduntur feminæ *Cin. & Bal. in l. quicumque nu. 14. C. de ſer. fugit. Nact. conſ. 291. uum. 3. Viu. deciſ. 220. nu. 19. Anto de Ball. lib. 3. caſ 9. num. 14.* vbi ait, quod malè ſeruatur in Regno noſtro *Maſtril. de magiſtr. lib. 3. cap. 4. num. 117.* ſub-

dens etiam vidiſſe malè in Regno ſeruatum, eo tamen referente Eccel. Duci Oſſunæ, fuit pluries facta prouiſio, quod huiuſmodi feminæ non compræhendantur, maximè ſi eſſent decrepitę infirmę, vel aliquo impedimento detemptæ. Reſpondetur, quod in caſu prædicto non veniunt nomine coniunctorum, ex quo in fæminis non viget ratio, in qua fundatur dictum ſtatutum, cum ſint minoris audacię, quam viri, vt teſtantur præcitati patres: At vero in caſu noſtro, ratio noſtri ſtatuti ęque viget in maſculo, ac in femina; imo feminæ, cum ſint auariſſimę, & promptiores ad exigendum, magis in eis militat ratio noſtri ſtatuti, quam in maribus.

14 Quæro tertio, ✝ an minor, ſi fuerit creditor ſeruitij perſonalis compręhendatur in pręſenti ſtatuto; adeo vt contra eum poſſit opponi de

15 pręſumpta ſolutione? Et reſpondeo negatiuè; ✝ nam vel agitur de lucro captando, & pręſcriptio currit contra minorem; vel de damno euitando, & non currit, ſecundum opinionem *Bart. in l. fin. C. in quib. cauſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſ.* & ſecundum hanc opinionem, tempus ſtatuti noſtri non currit contra minorem, cum ipſe agat

16 de damno euitando ✝ Vel admictimus opinionem Innoc. vt tam ſi agatur de damno euitando, quam etiam de lucro captando, & ſi tempus currat

currat contra minorem; tamen aduerſus lapſum temporis eſt reſtituibilis, infra quadriennium à die completæ maioris ætatis; quę opinio videtur verior, & comunior *cap.conſtitutus de in integ. reſtit. vbi Innoc. Caſtren. in d. l.fin. notab. vlt. & ibi Bal. Alex. conſ.49. col. 3. lib. 1. Boer. in conſuetud. Bituricen. tit. de præſcript. §.1. in gloſ. fin.* allegans tex. *in cap. 1. §. præterea ſi quis, de probib. feud. alienat. per Feder. Guid. Pap. quæſt. 31. Ioan. Roger. de Mot. in repet. l.1. §. ſi quis tutelam num. 68. ff. de iudic. fol. mihi 15. Dec. conſ. 556. num. 7. & 8. Giurb. deciſ. 77. nu. 11. Coſt. conſ. 17. num. 10. late Afſl. deciſ. 370. num. 1. & ſeq. Ricc. coll. deciſ. 2381. verſ. ſed dubitatur* iſdem *Giurb. deciſ. 78.* qui loquitur in terminis elapſi temporis ad retrahendum, & in eiſdem terminis loquuntur *Caſtil. deciſ. 244. Nicol. Euer. de cent. mod. arg. loco 31. lit. E, fol. mihi 101. Mut. ſuper cap. 57. Regis Martini num. 33. & ſeq.* Vnde admiſſa hac opinione, ſtante læſione minoris eſt reſtituibilis aduerſus lapſum temporis ſtatuti, idipſum ex *Nauar Azor. & Humad. tenet Sanc. de matrim. lib.7. diſput. 37. concluſ. 4.*

17 Confirmatur ✝ maximè ſi eſt pupillus: nam contra pupillum non currit præſcriptio, ſed dormit *l. fin. C. in quib. cauſ. in integ. reſt.* non eſt neceſſaria *l. ſicut C. de præſcrip. 30. vel 40. anno*

Digitized by Google

Enerard. in Topic. loco 98. verſ. de prædicamento Rolan. conſ. 6. num. 9. lib. 3. Affl. in conſt. bonorem num. 5. tit. vt poſt. concluſ. inf. decem dies. Villalob. comnn. opin. verb. præſcriptio num. 279. Balb. de præſcript. in 6. p. in princip. caſ. 23. vbi teſtatur de comuni *Rot. Rom. penes Cenc. de cenſib. deciſ. 230. num, 3. vbi num. 4.* idem firmat in præſcriptione ſtatutaria *Coſt. conſ. 17. num. 9. Giurb. deciſ. 77. nu. 11. Mut. ſup. cap. 57. Regis Martini nu. 83.*

18 Secundo probatur ✠ ſtatutum odioſum (pro ut eſt noſtrum capit. vt ſupra dixi *coment. 1. nu. 701. & ſeq.*) non comprehendit minores *l. 2. ff. de mino.* ex pluribus *Borel. de magiſtr. edict. lib. 2. cap. 9. num. 12. Decian. lib. 2. tract. crim. cap. 35. num. 42.* ob id inferre licet, quod ſtatutum noſtrum non comprehendit minores.

19 Obicies primo ✠ ſtatutum cogens ad compromittendum, prout cap. 85. Regis Caroli, comprahendit minores *Caſtrenſ. in l. nam & poſtea §. ſi minor ff. de iureiur. Duen. reg. 36. ampliat. 4. Marſil. ſing. 467. erga finem Arno. coment. 125. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 13. num. 13. & ad finem tit.* dicens minorem non reſtitui aduerſus huiuſmodi ſtatutum *Maran. in ſpecul. p. 6. act 2. num. 9. Intrigl. ſing. 189. lib. 1. vbi Conuerſ. in addit.* teſtatur ita deciſum *Ann.*

ſing.

ſing. 115. ſequitur *Ricc. coll. deciſ.* 79. *Burg. de laudim. p.* 3. *in ſpect.* 24. *nu.* 4. *Rolan. conſ.* 57. *nu.* 31. *lib.* 2. *Iacob Anel. de Bott. in prag. Neap. odia verſ. quid ſi aliquis de cauſ. compromictlen. int. perſo. coniun.* Ideo eodem modo ſtatutum noſtrum compræhendere debet minores. Reſpondetur quod militat diuerſa ratio in ſtatuto cogente ad compromictendum, quod eſt fauorabile, vt adnotaui *ſupra coment.* 1. *num.* 707. & ob id extendendum; quam in caſu ſtatuti noſtri, quod eſt odioſum, & reſtringendum prout *adnot. d. coment.* 1. *nu.* 701. & 715.

20 Obicies ſecundo ✠ ſtatutum generaliter loquens, tam maiores, quam minores compræhendit *Marſil. ſing.* 481. *Roman. ſing.* 808. quod eſt *ſin. Bonacoſ. comun. opinio. crim. verb. Statutum p.* 2. *fol. mihi* 71. *Maſtril. deciſ.* 161. *num.* 107. *Cum. ad rit. cap.* 16. *nu.* 24. loquens de preſcriptione ſtatutaria contra pupillum; ideo in diſpo-

21 ſitione noſtri ſtatuti compræhenditur minor. ✠ Reſpondeo, quod predicta opinio habet ſuos contradictores, ſi ſtatutum eſt odioſum de quibus ſupra nu. 18. Tamen eſto admictamus compręhendere minores mero iure; nihilominus attenta lęſione, ipſi reſtituuntur in integrum aduerſus lapſum temporis vt ſupra dixi.

22 Obicies tertio ✠ Ritus noſter diſponens, vt

elapſo

Digitized by Google

elapſo decennio à die petitionis, contractus careat exequutione parata comprehendit etiam minores *Cum. ſup. rit. cap. 16. nu. 11. & ſeq. Mut. ſup. rit. cap. 104. num. 14. & in add. lit. K.* allegans *Anton. Lanz. & Aloyſ. de Sept.* ergo eodem modo ſtatutum noſtrum excludens ſalarij petitionem ex temporis curſu, videtur comprehendere minorem. Reſpondeo, quod militat diuerſa ratio, ex quo ritus tribuit exequutionem contractui, qui de iure hanc non haberet;
23 ✠ vnde ſi minor vult ſe lętari beneficio ſtatuti, hoc eſt ritus noſtri, debet eo vti cum omnibus ſuis qualitatibus *Mut. in probem. ritus nu. 14. & 15.*

Quæro quarto, an ſtatutum noſtrum comprehendat clericos creditores ex cauſa ſeruitij perſonalis?
24 ✠ Et reſpondeo negatiuè, prout reſpondet *Gail. obſer. 32. lib. 2. vbi in princip.* teſtatur ita concluſum *Bero. conſ. 27. num. 1. lib. 1. Graſſ. de eff. clericat. eff. 2. num.* 406. vbi teſtatur de magis comuni opinione, & nu. 447. allegans *Germo. de ſacr. immun. lib. 3. cap. 18. num. 111.* & alios quam plures, quandoquidem ſtatuta laicorum non compræhendunt clericos *cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtit.*
25 ✠ Amplia primo concluſionem, etiam ſi tempus ſtatuti noſtri incepiſſet currere
26 tempore, quo creditor erat Laicus *Graſ. loc. cit.* ✠

Am-

Ampliatur ſecūdo, vt ſicut clericus, ſi eſt creditor ſeruitij perſonalis nō cōprehēditur in noſtro ſtatuto, ita quoque ſi ipſe eſt debitor lętari non poteſt dicto beneficio ſtatuti *Craſ. d. eff. 2. num.* 407. allegans *Bal. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ nu. 35. de conſtit. Abb. in cap. quod clericis nu. 34. de for. competen. Carpan. ad ſtat. mediol. cap. 112.*
27 *num. 96.* ✝ Et non immeritò, quandoquidem ſtatutum noſtrum excludens creditorem, nè apud Iudicem petere poſſit ſalarium, intelligitur illum excludere apud Iudicem ſecularem, & non eccleſiaſticum *Bart. in l. omnes populi col. 8. ff. de Iuſt. & Iur. Aret. in §. 1. num. 4. verſ. aduertas tamen Inſt. de vſucapio, Duen. reg. 306. limit.* 8 qui loquitur in terminis ſtatuti noſtro conſimilis *Gabriel. comun. concluſ. tit. de præſcript. concluſ. 4. num. 19. & ſequen. Canoniſt. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſt. Bal. conſ. 184. col. 2. lib. 5. Corn. conſ. 328. nu. 25. lib.* 1. Cumque Clericus debitor mercedis conueniri debeat coram Iudice eccleſiaſtico, ſtatuti noſtri diſpoſitione lętari non poteſt.

28 Sed obicies primo; ✝ licet nonnulli DD. aſſerant clericos cogi non poſſe ad compromittendum vigore ſtatuti laicalis, prout in Regno eſt capit. 85. Regis Caroli, inter quos *Alex. conſ. 210. lib. 2. Vrſil. ad Affl. deciſ. 46. num. 9. Arno-*

dialog. 26. Marant. in ſpecul. p. 6 act. 2. nu. 26. Marſil. ſing. 467. circa medium Duen. reg. 36. nu. 18. Roland. conſ. 57. nu. 27. lib. 2. qui teſtatur de comuni *Craſ. de eff. cleric. eff. 2. num. 412. & 414. Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 1. reſol. 43. Piſanel. in add. ad pragmat. Odia verſ. mixtis, &* ibi *Iacob Anel. de Boct. verſ. item iſta gloſ. in d. pragmat. Odia circa finem de cauſ. compro. inter perſo. coniun. &* ibi *Capu. num. 10. Affl. de feud.*
29 *tit. quæ ſint regalia §. vectigalia num. 163.* ✠ Nihilominus verior videtur ſententia, & probabilior, vt clerici ſtante dicto ſtatuto cogi poſſint ad compromittendum *Capic. deciſ. 66. Ricc. coll. deciſ. 79. Intrigl. ſing. 188. lib. 1. vbi Conuerſ. in addit. Burg. de laudim. p. 3. inſpect. 24. num. 6. Don Mar. Cutel. ſup. cap. 14. Regis Federici Ego ipſe ad pragm. vnic. de mod. proced. ſumm. p. 1. cap. 5. num. 4. Thor. in compend. deciſ. Regn. Neapol. verb. clericus Borel. de compromiſ. §. 1. gloſ. 3. num. 224. isdem Ricc. coll. 171. Piſanel. ad d. pragmat. Odia verſ. & ad hanc ſanctionem, &* ibi *Bartolom. Marzal. verſ. quando* vbi teſtatur ita deciſum isdem *Piſanel. ibidem verſ. fuit quæſtio*, vbi teſtatur ita deciſum in cauſa propria ego ipſe *in lectur. pract. ad tex. in §. nunc admonendi num. 33. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* Ideo eodem modo videtur dicendum, quod ſtatututum

no-

noſtrum comprehendat Clericos.

Reſpondeo, quod eſt diuerſa ratio de ſtatuto cogente ad compromictendum, & de noſtro
30 ſtatuto; ✠ quandoquidem illud cogens ad comptomictendum, concernit modum procedendi,
31 & ordinatoria Iudicij *Craſ. d. eff.2. num.* 137. ✠ & ob id, vt reſpiciens modum procedendi in iudicio ligat clericos *Cum. in cap ritus* 40. *num.* 171, *&* 176. *Milan. deciſ.* 13. *num.* 107. *lib.* 2. *Intrig. conſ.* 5. *num.* 38. *Craſ. in prælud. de excep. num.*91.*in vltima impreſſione* vbi teſtatur de comuni *& de eff. clericat. eff.* 2. *num.* 132. *Caſtil. deciſ.*11.*num* 47. *Ball. lib.* 4. *in prælud. num.* 41.
32 ✠ At vero ſtatutum noſtrum concernit modum decidendi, nimirum, ſi non ſeruatur in curia eccleſiaſtica, nec liget clericos *Gail.d. obſeruat.*32. *num.*10. *lib.* 2.

33 Obiecies ſecundo ✠ ſtatutum noſtrum fuit confectum per trina bracchia, eccleſiaſticum, demaniale, & militare, vt patet ante capit. 42. eiuſdem Regis Ferdinandi; ideo ligat etiam clericos *Cum. ſup. rit. cap.* 40. *num.* 270. *Mut. in princip. ritus num.* 14. *Caſtil. deciſ.* 11. *num.* 47. *ego ipſe in lect. pract. ad tex. in l.* 1. *ff. de offic. eius*
34 *cui mand. mand. eſt iuriſdn.* 114. ✠ Reſpondetur, quod tunc capitula Regni ligant clericos, quando in eis expreſsè diſponitur, vt ſeruentur

in curijs eccleſiaſticis *Giurb. deciſ.* 116. *num.* 6.
35 ✠ Et vlterius bracchium Eccleſiaſticum, authore Summo Pontifice interueniat *Craſſ. d eff.* 2. *num.* 183. *ego ipſe in d. l.* 1. *num.* 115. *&* 116. at vero ſtatutum noſtrum expreſsè non diſponit, vt ſeruetur in Curijs eccleſiaſticis, nec apparet, quod bracchium eccleſiaſticum interuenerit authore Summo Pontifice, ideo ſequitur, vt non liget clericos.
36 Obicies tertio. ✠ Statutum laicale ſit rationabile, & reſpiciat vtilitatem communem, tam clericorum, quàm laicorum comprahendit etiam clericos; nam ſi non ligat ex ui coactiua, ſaltem ligare debet ex vi directiua *Craſſ. d. eff.* 2. *num.* 165. *&* 166. *& in prælud. de exceptio. in noua editione num.* 90. *ego ipſe in d. l.* 1. *num.* 118. At vero ſtatutum noſtrum videtur honeſtum, rationabile, & quod æque reſpiciat vtilitatem laicorum, ac clericorum, vt ponat finem litibus *ad tex. in cap. finem litibus de dol. & contum & l. fin. ff.* pro ſuo, & conſequenter ſtatutum noſtrum videtur comprehendere clericos.
37 Reſpondeo duppliciter ✠ primo, quod dictum aſſumptum non caret contradictore; nam ſi hoc eſſet fere omne ſtatutum laicale compræhenderet clericos, ex quo, vt plurimum fit ad pu-
bli-

blicam vtilitatem, & ſolet eſſe honeſtum, attamen, quia deficit iurisditio in ſtatuente non ligat clericos *ex Menocb.conſ.291.num.25,Surd. conſ. 2.num. 33.& conſ. 301. num. 11. & 28. Dian. p. 3. reſol. moral. tract. 1. reſol. 13. verſ. notandum Ambroſ. de immun. Eccleſia. cap. 21. num. 3. & 21. Genuen. in prax. Archiep. N cap. cap. 75.*

38 ✝ Reſpondeo ſecundo, eſto admictamus priorem opinionem; nihilominus præſens ſtatutum non poteſt dici concernere commodum clericorum, cum ſit inductum in odium non petentis, & diuerſimode ſtatuant iura ciuilia, & canonica de præſcriptionibus, *cap. fin. de præſcrip. l. 1. C. de Vſucap. transfor. §. 1.* I*nſt. de ſucapio. vbi DD.*

39 Obicies quarto ✝ ſtatutum laicale, diſponens vt tantum intra annum dici poſſit de nullitate; & non vltra comprænhendit clericos *Put. deciſ. 99.lib. 3. Ricc. coll. 2119. verſ. extenditur etiam* in ſimilibus terminis *Cum. ſup. rit. cap. 40. num. 269. & ſeq.* vbi ritus præfigiens terminum ad dicendum de ſpolio priuilegiato comprænhendit Clericos; ideo eodem modo videtur dicendum, vt ſtatutum noſtrum præfigiens terminum ad petendum ſalarium ſeruitij perſonalis com-

40 prænhendat clericos. ✝ Reſpondeo dupplicitèr, primo quod dicta opinio ſuos habet contradic-

Digitized by Google

tores; vt videre eſt apud *Craſ. de eff. clericat. eff. 2. num.* 288. allegans *Mandos. Alex. Ancar. Roman. & alios* ✝ Secundo reſpondetur, eſto admictamus priorem ſententiam, diſpar eſt ratio inter prædictum ſtatutum, & noſtrum; quia dictum ſtatutum concernit modum procedendi vt dixit *Put. loc. cit.* At vero noſtrum ſtatutum concernit modum decidendi, vt dixi ex *Gail. obſeruat. 32. num. 10. lib. 2.* non mirum, ſi illud liget Clericos, hoc autem non. ✝ Tertio reſpondeo, quod dicta per *Cum:* non carent contradictoribus, inter quos *Anton. Lanz. Bened. de Blaſch. apud Cum. vbi ſupra num.* 182. Cæterum admictendo eius ſententiam, ideo ligat Clericos, quia eſt conformis iuri canonico *cap. 1. de reſt. ſpoliat.* notauit *Mut. ſup. rit. cap. 135. nu. 51.*

41

42

43 Sed replicabis, ✝ ſtatutum quoque noſtrum videtur conforme diſpoſitioni Summorum Pontificum de quibus dixi ſupra *coment. 1. nu. 667.* ideo eius diſpoſitio videtur ligare Clericos. Reſpondeo, quod *extrauag. Pauli tertij, & Pij quinti,* loquuntur de familiaribus Prælatorum, & in eo caſu ligant Clericos, ſecus in alijs caſibus.

Quæro quinto, pone quod iudeus ſit debitor
44 ſeruitij perſonalis, ✝ an poſſit ſe lætari beneficio, & exceptione noſtri ſtatuti? Et reſpondeo ne-

45 negatiuè. ✠ Probatur: hoſtes noſtri, & inimici non poſſunt ſe lætari benefitio ſtatuti Regni, *Bar. in l. eius qui* §. 1. *num.* 3. *ff. de teſtam. & in queſt.* 1. *num.* 26. ſequitur *Iul. Clar. in* §. *teſtamentum queſt.* 19. *num.* 1. *Curt. Iunio. conſ.* 182. *num.* 4. & 8. comunem dicit *Eman. Suar. receptar. ſenten. lit.* B, *num.* 1. *Hipp. Bonacoſ. comun. opinio. crim. part.* 1. *verb.* banniti noſtri temporis *Nell. de Sanct. Gemin. in tract. de bannit. p.* 1. 2. *temp. num.* 21. & 45. *Bart. extrauag. ad reprimendum tit. qui ſint rebell. gloſ. rebellando num.* 21. & *de Bannit. num.* 9. & *ſeq. Boſſ. in pract. crimin. tit. de crim. leſ. maeſt. num.* 93. & 94. *Alex. conſ.* 26. *num.* 2. & *conſ.* 75. *num.* 5. *lib.* 1. *Hippol. Bonacoſ. comun. opinio crim. part.* 2. *verb. bannitus non perdit Marſil. conſ.* 131. *num.* 42. *Iul. Cartar. deciſ. crim.* 1. *num.* 33. & 34. loquens ſatis ad propoſitum *Vrſil. ad Affl.*

46 *deciſ.* 46. *nu.* 11. ✠ At vero, iudei fuerunt banniti, & exulati, & vt publici hoſtes à Catholico Rege Ferdinando (cuius memoria ſit in benedictionibus) ab Hiſpaniarum ditione expulſi, alijſque Regnis inuictiſſimi Regis noſtri, & ob id meritò Catholici nomen eſt adeptus; cum deuicit mauros à Granatę Regnis, ibique fidem catholicam palam profitendam plantauit, vt patet ex eius pragmatica data Granatę 31. Mar-

tij

tij 1492. meminere *Caſtil. deciſ. 107. num. 76.*
47 *Maſtril. d. ciſ. 254. num. 23.* ✠ Quam expulſionem cum proceſſerit iuſtis de cauſis fuiſſe legitime factam defendunt *Camil. Borel. de præſtan. Regis Catbolici quæſt. 69. Marquad. de Iudic. p. 1. cap. 7. num. 4. Azor. in ſumm. lib. 8. cap. 24. rubr. de pagan. Villalt. de foriudicat. tit. 2. lib. 3 Maſtril. d. deciſ. 254. num. 23. Caſtil. d. deciſ. 107. nu. 10. 42. & 17.*

Probatur ſecundo, ſtatutum noſtrum fuit obtentum in generalibus totius Regni comitijs à Rege pro cõmuni beneficio, & vtilitate Regni,
48 vt patet ante cap. 50. Regis noſtri; ✠ ideo non eſt veriſimile Regnum impetrare beneficium in fauorem inimicorum, quorum commercium nobis eſt interdictum ad tradita *per Beneuent. tracc. de mercat. p. 2. nu. 48. & Boer. deciſ. 170. nu. 6. & ſeq.*

49 Vnde non obſtat primo, ✠ quod cum iudei dicantur de populo, & viuant iure Romanorum, & ſub Regum protectione, ſtatum Regis æque compræhendit Chriſtianos, ac iudeos *l. iudei C. de Iude. & celito. Bal. in l ſpadonem §. iam autem ff de excuſat. tuto. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 35. num. 43. & lib. 5. cap. 14. num. 5. & 9. Becc. conſ 84. nu. 7. lib. 1. Roland. conſ. 25. num. 26. & 27. lib. 3. Camil. Borel. de magiſtr.*

giſtr. edict. lib.2. cap. 9. num.14. & ſequen. Suar.
recept. ſenten. verb. Iudeus num. 191. Hippol. Bo-
nacoſ. comun. opinio.crim.verb. Iudeus Bero.conſ.
28. num. 18. & 19. lib. 3. Muta ad cap. Regis Fe-
derici 112. num. 5. Iaſ. in rubr. ff. de Iuſt. & iu-
re num. 27. Maſtril. deciſ. 254. num. 15. Lucas
Mact. Apicel. de quinquan. dilat. num.20. vbi di-
latio quinqueannalis conceditur etiam Iudeis,
& ibidem *Maurit. Apicel. in addit. ad Patrem*
num. 39. & ſeq. tamquam omnium abortius
Oinot. Author damnatus, ſed expurgatione permiſ-
ſus in princip. Inſt. de hæredit. quæ ab Inteſt. nab.
50 *defer. num. 11.* + Quandoquidem, & ſi vera ſit
regula prædicta; tamen fallit, quotieſcumque Iu-
dei ſunt diffamati vt hoſtes, prout in Regno
noſtro.

51 Sed obijcies aduerſus reſponſionem + Capi-
tula Regni ligant etiam Iudeos, & Saracenos
Caſtil. deciſ. 157. & num. 17. & ſeq ideo & no-
ſtrum capitulum debet ligare, & compræhende-
52 re Iudeos: + Reſpondeo, quod capitula Regni
quatenus ſunt contra Iudeos, illos ligant; qua-
tenus vero ſunt in fauorem Iudeorum illos non
comprçhendunt, vt infra dicetur in prima limi-
tatione noſtrç concluſionis.

53 Vnde nec obſtat ſecundo aſſerere + quod
homo poteſt quinqne modis conſiderari, primo

in ſuo genere, tamquam creatura ſenſibilis; ſecundo in ſua ſpecie, vt ratione pollens; tertio, vt ſubditus Romano Imperio, vel cuique Principi Iura Romani Imperij habenti; quarto quo ad ſpiritualia, taquam ſubditus ſedi Apoſtolicæ; & quinto, tamquam Ciuis ſuæ Ciuitatis, vt notat eruditè *Ioan. Paul. Lancel. de comparat. Vtriuſq;*
54 *Iur. in rubr. extra de teſtamen. verſ. homo.* ✠ Iudeus autem, licet non ſubſit ſedi Apoſtolicæ, quo ad ſpiritualia, cum ſit extra gremium Eccleſiæ *cap. gaudemus de diuort. Mut. ſuper cap. 112. Regis Federici nu. 12. Decian. lib. 5. cap. 14.*
55 *num. 10.* ✠ Tamen vt creatura ſenſibilis ſubeſt iuri naturæ; vt ratione pollens iuri gentium in his quæ ſpectant ad eius vanam religionem ſer-
56 uat legem moſaycam, ✠ quæ apud eos in primis eſt ſeruanda *Decian. lib. 2. crim. cap. 35. num. 44. & lib. 5. cap. 14. num. 6. Oinot. Author damnatus ſed ex purgatione permiſſus in princip. de hered. quæ ab Inſt. nob. defer. num. 9. & ſeq.* Vt ſubditus Romano imperio ſubeſt iuri ciuili; & tandem vt Regnicola, vel ciuis Regni, vel Ciuitatis ſubeſt ſtatutis illius Regni, vel Ciuitatis. Nam eo ipſo quod à Rege noſtro declaratur Iudeus, vt hoſtis publicus non poteſt ſe lętari beneficio ſtatuti, nec habetur p Regnicola, nec pro ciue. Vnde firma remanet concluſio noſtra.

Quę

57 Quæ limitatur primo, ✝ vt è contra, ſi iudeus eſſet creditor Chriſtiani pro mercede ſeruitij perſonalis, poſſet Chriſtianus ſe lętari contra Iudeum de beneficio præſentis ſtatuti: nam & ſi Iudeus vt hoſtis publicus non ligetur noſtro ſtatuto, quatenus reſpicit eius fauorem; tamen bene ligatur in eius odium *Nell. de ſanct. Geminia. de bannit. p. 1. 2. temp. nu. 45. Boſſ. in pract. crim. leſę Maieſt. nu. 94. Iaſ. in rubr. ff. de Iuſt. & iur. nu. 20. Marſil. conſ. 10. n. 25.*

58 Limitatur ſecundo ✝ quoties iudei in Regno noſtro eſſent tollerati, quandoquidem banniti tollerati habentur pro non bannitis, *Marſ. d. conſ. 10. nu. 26. Caſtil. deciſ. 107. nu. 68.*

Quæro principaliter ſexto; an forenſis, & non Regnicola comprę̧hendatur in noſtro ſtatuto

59 ✝ Reſpondeo diſtinguendo; vel forenſis pręſtitit ſeruitium in Regno, & ratione contractus, cum fiat ſubditus, compræhenditur ſtatuto noſtro; ſicut quis fit ſubditus ratione delicti *cap. contra mores 8. diſtinſ. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 35. num. 26. Flamin. Cartar. deciſ. genuæ 26. num. 8. Burg. de mod. proced. ex abrup. quæſt. 63. num. 24. & ſeq. ego ipſe in lect. pract. ad tex. in §. nunc admonendi num. 83. Inſt. quib. alien. lic. vel non ex Caſtrenſ. conſ. 10. lib. 1. Mut. ſup. cap. 57. Regis Martini num. 43. verſ. amplio tertio*

Ll 2 vbi

vbi ſtatutum inducens præſcriptionem prodeſt forenſi. *Flam. Cartar. deciſ. Gen.* 26. *num.* 8. *&* *per tot.*

60 Quicquid ✠ in oppoſitum tenere videantur *Veral. deciſ.* 207. *p.* 3. quem ſequitur *Ricc. coll.* 2381. *verſ. item ſtatutum*, vbi ſtatutum inducens præſcriptionem debiti non habet locum contra forenſem, etiam ſi debitum fuerit contractum in loco ſtatuti, conducunt tradita *per Rolan. conſ.* 24. *nu.* 17. *& ſeq. lib.*

Vel ſeruitium fuit præſtitum extra Regnum
61 ✠ & tunc forenſis non poteſt ſe lętari beneficio ſtatuti, cum regulare ſit forenſem in eo non compręhendi, ex pluribus *Camil. Borel. de magiſtr. edict. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 4. *Decian. in tract. crim. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 21. *Roland. conſ.* 79. *num.* 50. *lib.* 3. *tex. eſt in cap. vt animarum cura de cenſib. lib.* 6. conducunt tradita *per Burg. loco cit. num.* 28. *cum ſeq.*

Quęro ſeptimo, an ſalaria officialium com-
62 pręhendantur in noſtro ſtatuto? ✠ Et reſpondetur negatiuè prout *ex Rebuf.* 2. *tom. conſtit. Gall. tit. de ſalar. famul. Flor. Diez var. reſol. quæſt.* 8. *nu.* 44. *&* 60. *Velaſch. deciſ. Luſitan.* 125. reſpondet in terminis *cap. noſtri Maſtril. de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 102.

63 Probatur primo; ✠ ſtatutum noſtrum, cum ſit

ſit odioſum eſt ſtrictè interpretandum, vt dixi *ſupra comentar. 1. num. 715.* At vero ſtatutum noſtrum non meminit de ſalario officialium; ideo illud non comprehendit.
64 ✠ Vlterius ceſſante ratione ſtatuti noſtri, ceſſat eius diſpoſitio, etiam ſi ceſſet in caſu particulari, vt dixi *in lectur. pract. ad tex. in l. 1. queſt. 111. n. 1264.* & in terminis ſtatuti, noſtro perſimilis *Vinc. Grilanz. conſ. 52. num. 34.* at vero in ſalario officialium ceſſat ratio noſtri ſtatuti, quæ eſt illa in eo aſſignata ibi *(perche ſi deue credere che tali ſeruitij ſi debbiano pagare incontinenti)* & officialium ſalaria cum ſoluãtur de iure comuni ex Aerario Regis *l. 2. §. hoc etiam verſ. ad hoc iubemus C. de offic. præf. Afric. §. cogitatio §. illud tamẽ §. itaq; Authen. vt iudic. ſine quoque ſuffrag. Maſtril. de Magiſtr. lib. 1. cap. 21. n. 17. & ſeq.* Aerarium autem Regij Fiſci perſepè ex varijs belli remunerationibus, & ſimilibus occurẽtijs ſolet eſſe exhauſtum, vt experiẽtia docet. Itemque ſalaria officialiũ publicis in rationibus deſcribi ſolent; ob id & ſi regulariter aduerſus præſumptionem ſtatuti noſtri, cum ſit iuris & de iure non admictatur probatio in contrarium; tamen benè admictitur, probatio ex confeſſione debitoris, vt Deo dante dicam infra quęſt. 21. Et ſatis conſtat de confeſſione debitoris Fiſci ex eius libris in quibus non

non reperitur adnotata ſolutio ſalarij officialis.
65 Limito concluſionem ✠ in ſportulis, quæ incontinenti ſolent ſolui, & in eis militat ratio noſtri ſtatuti, & non ceſſat, prout in regula præſen-
66 tis quęſiti ✠ Nec dicas, quod ſubrogatum ſapiat naturam eius in cuius locum ſubrogatur, §. *fuerat inſt. de actio. l. eum qui §. iniuriarum ff. ſi*
67 *quis cautio.* ✠ Et ſportulę ſubrogantur loco ſalarij §. *tripplici inſt. de actio. Maſtril. de magiſtr. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 1. & ob id, ſicut ſalarium non compręhenditur in noſtro ſtatuto, nec eti-
68 am ſportulę. ✠ Reſpondeo, quod regula prædicta limitatur, quando inter ſubrogantem, & ſubrogatum militat diuerſa ratio *Gabriel com. concluſ. tit. de reg. Iur. concluſ.* 2. *limit.* 11. *nu.* 78. Et inter ſalarium, & ſportulas militat diuerſa ratio pro effectu noſtri ſtatuti; nam ſalarium non ſoluitur incontinenti, ſicut ſportulę, quę ſtatim ſoluuntur.

Quęro octauo, an beneficium noſtri ſtatuti
69 neceſſario ſit à parte opponendum? ✠ & negatiuè reſpondet *Merlin. controuerſ. foren. cap.* 44. *nu.* 4. dicens, quod ſi pręſcriptio apparet ex actis, debet Iudex ex officio actorem repellere,
70 tamquam agentem ſine actione. ✠ Sed tu tene oppoſitum, quod imo noſtrum ſtatutum nihil

ſuf-

ſuffragatur, niſi eius beneficium à debitore opponatur, in terminis ſimilis ſtatuti ita firmat *Due... limit.* 1. allegans *Dec. in l. res iudicata nu.* 4. *ff. de reg. Iur. Rip. in l.* 4, *§. hoc autem iudicium ff. de dann. inf. Iaſ. in l. patre furioſo nu.* 11. *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Giurb. deciſ.* 13. *nu.* 6. *&* 7. loquens in terminis noſtri capit. ſubdens nec in voce opponi ſatis eſſe, ſed in proceſſu requiritur expreſſim.

71 Probatur primo, ✠ Iudex namque non tenetur impartiri officium ſuum, niſi parte petente *l.* 4. *§. hoc autem Iudicium ff. de dan. infect. Panor. in cap. fin. num.* 15. *de reſcript. Marſil. in l. vnius facinoris §. cogniturum nu.* 4. *ff. de quæſtio. Ricc. coll.* 411. *Cum. ſuper rit. cap.* 16. *num.* 75. *Milan. deciſ.* 2. *num.* 145. *lib.* 2. *Oinot. Author damnatus, ſed ex purgatione permiſſus in §. omnium num.* 117. *Inſt. de actio.* vbi eius addit. allegat *Soccin. reg.* 197. vbi adducit præſenti regulæ limitationes 31.

72 Secundo probatur. ✠ Statutum noſtrum, cum præſumat debiti ſolutionem ex curſu temporis; tamen iſta iuris præſumptio debet allegari, alias non ſuffragatur *Bart. in l. rem alienam ff. de pignorat. actio. Bal. & Ang. in l. ſuper longi. C. de præſcript. long. tempor. Salic. in l. certi. C. locat. Alex. conſ.* 94. *col.* 2. *lib.* 2. *Iaſ. in l. cum quid*

im

Digitized by Google

in 2. lect. col. antepenul. vbi Purpurat. num. 139. & ſeq. ff. ſi cert. pet. Dec. in l. non hoc C. vnd. legit. Corn. conſ. 29. col. penul. lib. 4. Marſil. in rubr. C. de probat. nu. 202. Ioan. Nicol. in addit. ad Alciat. de pruſnmptio. reg. 2. præſumpt. 12. num. 3. verſ. notabilis eſt, Villalob. comun. opinio. verb. præſcript. num. 291. Eman. Suar. recep. ſent. verb. præſcriptio num. 230. vbi nemine DD. diſcrepante vna nimiter receptum eſſe affirmat.

Probatur tertio infraſcriptis exemplis, & pri-
73 mo, † ſtatutum imponens penam Iudici, vt diffiniat cauſam infra certum terminum, pena indicta locum non habet, niſi parte petente *Bart. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dan. infect. Innoc. ad cap. ad noſtram el 2. de iureiuran. Anto. in cap. venerabilis eod. tit. Panor. in cap. fin. nu. 15. & 16. de reſcript. & in cap. finem litibus nu. 34. de dol. & contum. Sebaſt. Sab. in add. eum lit. e Caſtren. & Alexan. in l. properandum C. de Iudic. &* ibi *Iaſ. num. 15. & in l. vniuerſa num. 4. verſ. ſeptimo facit. C. de præcib. Imper. offeren. Craſ. de exceptio. excep. 32. nnm. 149. in nouiſſima impreſſione Barbat. in cap. conſuluit de offic. deleg. Marſil. ſing. 341. Gail. obſer. 46. nu. 12. lib. 2. Catald. de ſind. nu. 26. verſ. 43. Marſil. in l. vnius facinoris §. cogniturum nu. 4. ff. de quæſtio. Amat. reſol. 66. num. 3. Intrigl. ſing. 119. lib. 1. Anton.*

de

de Ball. de ſind. quæſt. 2. *nu.*2. *Gramat.conſ.crim.* 51. *num.* 6. *Hippol. Rimin. in* §. *fin. nu.* 1. *Inſt. quib. alien. lic. vel non Parid. de Put. de ſind.*§.*negligentia cap.* 1. *num.* 3. & 4. *Cart. deciſ.gen.* 22. *num.* 8. *Affl. in conſt. ſtatuimus num.*47. *de offic. magiſtr. Iuſticiar. Maſtril. de magiſtr. lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 148. & 154. tex eſt ad literam quem à nemine ex ſupradictis allegatum vidi *in l. fin.C. vt intr. cert. temp.* ibi (*quod ſi litigatoribus admonentibus, ipſi litis introductionem, & examinationem diſtulerint pena vicenarum librarum auri feriantur*) eſt quoque tex. *in l. penul,C. eod. tit.* ibi (*ſi petantur.*)

74 Secundum exemplum eſt. ✠ Victus victori debet in expenſis condemnari, tamen ſi expenſæ non petantur, & iudex non condemnauerit, non grauat *Bart. in l. non quicquid* §. 1.*ff. de Iudic. Panor. in d. cap. finem litibus nu.* 34. *de Dol & contumac. & in d. cap. fin. num.*16. *Bart. & DD. in l, properandum* §. *ſin autem alterutra C. de Iudic. & in d. l.* 4. §. *hoc autem iudicium ff. de dan. infect. Iaſ. in d. l. vniuerſa num.* 4. *verſ. quincto* facit *Marſil. in l. vnius facinoris* §. *cogniturum num.* 10. *ff. de quæſt. Amod. de ſindic. num.* 73. *verſ. item ſi omictunt Couar. pract. quæſt. cap.*27. *num.* 5. *Aſin. in prax. Iudicio.* §. 32. *cap.* 1. *ampliat.* 54. *num.* 2. vbi teſtatur de magis comuni

Mm opi-

opinione *Marant. in ſpecul. p. 6. memb. 3. num.* 18.

75 Limita iſtam concluſionem ✠ vt licet iudex poſſit non condemnare ad expenſas non petitas; tamen ſi vult poteſt ad illas victum condemnare *Couar. & Maran. locis cit. Aſin. d. num.* 2.

76 vbi teſtatur de magis comuni opinione. ✠ Licet oppoſitum, quod etiam ſi velit non poſſit ad expenſas non petitas condemnare teneant *Boer. conſ. 27. num. 25. Grat. conſ.* 80. *num. 6. lib.* 2.

77 ✠ Cęterum inſiſtendo in priori ſententia, ſublimita illam, vt iudex ſi velit non poſſit condemnare ad expenſas non petitas ante litis conteſtationem *gloſ. in cap. finem litibus verb. expenſas in fine de dol. & contum. Aſin. vbi ſupra.*

78 Tertium exemplum eſt. ✠ *Ritus cap.* 188. diſponit, ne poſſit cauſa reuideri; niſi ſoluto debito, & expenſis; iudex tamen non tenetur cogere reuidentem ad ſoluendum, niſi parte petente, & ſi pars non petat valet proceſſus *Cum. in cap. ritus 93. num. 34. Caball. de euictio. §. 3. ſub nu. 19. Marſil ſing. 341. & in l. vnius facinoris §. cogniturum num. 7. & ſeq. ff. de quæſtio. Caſtrenſ. in l. peto §. fin. ff. de leg. 2. Dec. conſ. 607. num. 2. Gaill. obſer. 46. lib. 2. Craſ. de except. except. 32. num. 135. & ſeq. Mut. ad cap. Regis Alphonſi 193. num. 16. & in addit. tex. eſt in l. peto §. fin.*

ff. de-

ff. deleg. 2. ibi (*quod ſi cautio non fuerit deſiderata.*) Quorum doctorum aliqui loquuntur in terminis reuiſionis, alij vero in terminis in quibus requiritur cautio & à parte non fuit petita, in terminis reuiſionis conducit pragmatica Domini Comitis Caſtri §. 31. vbi *Leonard. Cimin.* vide *Mut. in cap. rit.* 188. *n.* 24. *&* 25.

79 Limita ✠ in fideiuſſione præſtanda in caſu ſuccumbentiæ vigore interlocutoriæ reyciantur quia eſt præſtanda etiam parte non petente §. 42 *pragm. Domini Comitis Caſtri* vbi *Leonard. Cimi.* aſſignat rationem, ex quo iſta fideiuſſio eſt de forma, qua non ſeruata actus corruit *Craſ. de except. except.* 32. *num.* 153. *& ſeq* aſſerens quemdam aduocatum non mediocris authoritatis ſe decepiſſe, nouiſſimè *Scip. Sapien. ad Intrig. ſing.*
80 *52. lib. 3.* ✠ Licet oppoſitum dixerit *Intrigl. d. ſing.* 52. cuius opinio in præſentiarum ſubſtineri nequit ſtante *d. pragmat. Domini Comitis Caſtri.*

81 Quartum exemplum eſſe poteſt ✠ vt licet emptor teneatur offerre venditori prætium rei
82 *l. Iulianus §. offerri ff. de actio. empt.* ✠ Tamen hoc intelligitur, ſi à venditore petatur *Bal. in l. 2. C. de his quæ ſub mod. Iaſ. in d. l. vniuerſa nu.*
83 *3. verſ. tertio principaliter eſt.* ✠ Quod tamen intelligo quoties emptor, & venditor ſunt diuerſi fo-

ri, ſi adeſt dies certa; quia debitor non tenetur accedere ad domum creditoris *Maſtril. ad Gregor. de cenſib. queſt. 7. num. 41. verſ. tertiodecimo quero Milan. deciſ. 4. n. 103. & 104. & deciſ. 6. nu. 25. lib. 2. Duen. reg.* ibi *nu. 1. Cenc. de cenſib. p. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 5. num. 12. & 13. fol. mihi*
84 *185.* ✠ Nam ſi adeſt dies certa, dato quod creditor, & debitor ſint eiusdem fori, nulla facta interpellatione, debitor adueniente die ſoluere tenetur, *Dec. in l. fin. C. numero. 47. C. de edict. diu. Adria. tollen. & conſ. 196. in fine, & conſ. 452. num. 9. Alb. Mand. conſ. 612. num. 13.* vbi *Vincen. Anibald. in addit. lit. C. Craſ. excep. 32. num. 140. in noua editione Caball. de euictio. §. 3. num. 18, Giurb. deciſ. 114. num. 19. & nouiſſimè Amat. reſol. 49. num. 19. & in terminis tex. in d. l. Iulianus* vbi emptor etiam ſine interpellatione tenetur ſoluere prætium, alias vſurarum ſolutionem non euitabit *ex Caſtrenſ. in l. curabit C. de actio. empt. Bart. in l. de diuiſione ff. ſolut. matr. Alex. conſ. 147. col. 1. lib. 5. Socc. conſ. 179. col. Dec. in cap. cum venerabilis num. 13. de exceptio.* notat *Anton. Gabr. comun. concluſ. tit. de empt. & vendit. concluſ. 4. num. 6. Mut. ad cap. Regis Alphonſi 160. in addit. littera B.*

Quintum exemplum datur à *Iaſ. in l. vniuerſa num. 4. verſ. ſexto facit C. de præcib. Imperat.* offe-

85 *offeren.* ✝ vt ſi extat ſtatutum, quod capitaneus teneatur ferre ſententiam ſecundum conſilium ſapientis, aliter lata non valeat, intelligitur ſi pars petierit conſilium ſapientis, addo *Vant. de nullit. tit. de null. ex defect. iurisd. ordin.nu.*147. *Aſin. in prax. iudicio.* §.37. *cap.* 7. *Mut. deciſ.*72. *num.* 3. *Craſ. de exceptio. excep.* 32. *num.*147. *in noua edictione Marſil. in d.* §. *cogniturum nu.* 11.

86 Cæterum ſi capitaneus tam de iure comuni, quam de iure Regni leges ignoret poſſit terminare cauſas abſque conſilio ſapientis adeas *Van. Aſin.* & *Mut. locis cit. Intrigl. conſ.*11. *num.* 62. & *ſeq. Burg. de mod. proced. ex abrup. quæſt.* 81. *per tot. Bartolom. de Cap. in l. cum ſententiam C. de ſent. in ſuis ſingular. fol. mihi* 459. *Crauet. conſ.* 140. *num.* 5. *Giurb. deciſ.* 69. *num.* 4. & *conſ.* 31. *num.* 6. & *ſeq. Albertin. de haeret. in cap. quoniam quæſt.* 10. *nu.* 2. & *ſequen. gloſ. in conſt. Regni fol.* 71. *col.* 1. *num.* 59. *Amed. in tract. de ſindic. nu.*126. *Parid. de Put. de ſindic. verb. conſilium cap.*4.*nu.*3.4. & 5.

87 Sextum exemplum eſſe poteſt, ✝ pone quod ſtatutum diſponat, vt priores ciuitatis teneantur cauſas appellationis commictere ſub certa pena hoc ſtatutum intelligitur ſi fuerit cum importunitate poſtulatum *Ange. conſ.* 140. *Alex. in l. de pupillo* §. *ſi quis ipſi pretori col.* 2. *ff. de nou. oper.* nun-

nuntiat. & *conſ.* 119. *col.*4. *lib.*1. *Iaſ. in d. l. vniuerſa num.*4. *verſ. octauo facit Marſil. in d. §. cogniturum num.* 13. *Craſ. de except. except.* 32. *nu.* 150. *in noua impreſſione.*

88 Septimum exemplum eſſe poteſt ✠ quod ſi quis promiſit præſentare aliquem infra certum tempus iudici ſub aliqua pena intelligitur ſi fuerit requiſitus *Caſtrenſ. conſ.* 166. cuius dictum tamquam egregium ſequitur *Iaſ. in d. l. vniuerſa num.*4. *verſ. decimo facit C. de precib. Imper. offeren. Dec. conſ.* 2. *in princip. Marſil. in rubr. de fideiuſſo. quæſt.* 18. *num.* 144. *Vrſil. ad Aſſli. deciſ.*

89 130. *num* 10. ✠ Oppoſitam tamen opinionem praxis Regni recepit; nam ſi adſit certa dies fideiuſſor tenetur præſentare nulla facta interpellatione, de qua obſeruantia teſtantur *Cum. in cap.* 65. *ritus num.* 29. *Mut. ſup. rit. cap.* 160. *nu.* 2. & 3. *Craſ. de excep. exceptio.* 32. *num.* 140. *Anton. de Ball. lib.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 21. & *ſeq.* vbi *num.* 29. ampliat etiam ſi dies ſit incerta; actamen publica, & manifeſta, vt puta in aduen

90 tu Domini Proregis. ✠ Licet praxis Regni regulariter admictat fideiuſſori præſentanti principalem more purgationem, dummodo pena non ſit effectiuè fiſco acquiſita. *Giurh. conſ.* 33.

91 ✠ Quamquam more purgationem non admictant *Thor. vot.* 63. *Nouar. grauam.* 76. *num.*

num. 9. lib. 2.

92 Octauum exemplum eſſe poteſt, ✠ quod con demnatis ad ſoluendum indulgetur de iure dilatio quatuor menſium *l. fin. C. de exequut. rei*
93 *iudic.* ✠ In cuius locum in Regno ſucceſſit quindena *Cum. ſup. rit. cap. 17. num. 25. & cap.*
94 *19. num. 26.* ✠ Attamen, tunc competit quindenæ dilatio, ſi à condemnato petatur, & non alias *Ang. & Alex. in l. debitoribus per illum tex. ff de re iudic. Iaſ. in d. l. vniuerſa num. 4. verſ. nono* facit *Craſ. de except. except. 32. num. 152. in nouiſſima impreſſione.*

95 Nonum exemplum eſſe poteſt, ✠ ſi quis tenetur ad defendendum, & ſi ſciat litem motam adhuc debeat eſſe interpellatus *Accurſ. Bald. Bart. & Salic. in l. emptor. C. de euictio. Alex. Iaſ. & Rip. in l. denunciaſſe §. 1. de adulter. Cappel. Tholoſ. quæſt. 407. Couar. lib. 3. var. cap. 17. illat. 1. Caballin. de euictio. §. 3. num. 4. & ſeq.* vbi teſtatur de comuni *Ricc. coll. 382. Marſil. in l. vnius facinoris §. cogniturum nu. 15. ff. de quæſt.* vide *Menoch. conſ. 120. nu. 14.*

96 Ampliatur concluſio ✠ vt procedat, non obſtante clauſula, neceſſitate denunciandi remiſſa tunc etiam ex ęquitate requiritur denuntiatio *Maſtril. deciſ. 189. n. 23. Mut. deciſ. 59. n. 13. & ſeq. ego ipſe ad pragm. de mod. proced. ſumm. p. 2.*

cap.

Digitized by Google

cap. 2. *num.* 198. addo *Cabbellin. de euictio.* §. 3. *num.* 115.

97 Limitatur concluſio, ✝ vt ſi non fiat denunciatio; ſi tamen doceatur de iuſtitia euincētis; adhuc locum habet actio euictionis *Couar. lib.* 3. *var. cap.* 17. *num.* 6. *Cabbell. de euictio.* §. 3. *num.* 91. *Capic. deciſ.* 106. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 22. *Ric. coll. deciſ.* 91. *Dec. conſ.* 79. *Affl. deciſ.* 49. *in fin. Mut. deciſ.* 59. *nu.* 3. *& ſeq.*

98 Decimum exemplum eſſe poteſt ✝ Epiſcopus iurauit accedere in ſinadum non vocatus non tenetur ire *Ioan. And. in cap. ego N. per illum tex. de iureiuran. Iaſ. in d. l. vniuerſa nu.* 4. *verſ. decimo facit C. de præcib. Imperat. offeren.*

99 Vndecimum exemplum eſt ✝ teſtator poteſt validè mandare, vt eius hæredes ad certum tempus in comunione maneant *Gram. deciſ.* 5. *Ricc. coll.* 201. videas *Roland. conſ.* 84. *lib.* 1. ✝ vnde
100 ſi iubeat communionem ſub pena priuationis hoc intelligitur, aliquo ex hæredibus inſtante, & interpellante *ex Bal. in l.* 1. *in vlt. col. C. ne lic. teſt. prouoc. Alex. conſ.* 102. *col.* 2. *lib.* 3. *Iaſ. in d. l. vniuerſa nu.* 4. *verſ. decimotertio Marſil. in l. vnius facinoris* §. *cogniturum nu.* 12. *ff. de quæſtio.* faciunt tradita *per Crauet. conſ.* 50. *num.* 7.
101 *Craſ. de except. excep.* 32. *num.* 138. *& ſeq.* ✝ licet oppoſitum dicat *Bart. conſ.* 29. contra

quem

quem iure optimo inuehitur *Bernard. de Land. in addit. ad eum ibidem lit. A.*

102 Duodecimũ exemplum eſſe poteſt; ✠ in caſu ſemiplene probationis regulariter defertur iuramentum ſuppletorium; ſi hoc tamen à parte petatur adnotaui *in interpretat. pragm. vnic. de mod. proced. ſum. p. 2. num. 2 16.* quibus addo *Ruin. conſi. 35. Bart. in l. admonendi in vlt. col. & ibi Iaſ. in 2. lect. num. 318. Iaſ. in d. l. Vniuerſa numer. 4. verſ. quartodecimo. C. de precib. Imper. offer. Plot. de in lit. iuran. §. ſi, num. 8.* vbi teſtatur de comuni opinione, & ſi iuramentum prædictum cenſeatur petitum ex clauſula, ius & iuſtitiam miniſtrari adeas me ipſum *d cap. 2. num. 117.*

103 Decimum tertium exemplum eſſe poteſt, ✠ vt licèt proceſſus ſit nullus, non præſtito iuramẽto calumnię *l. 2. §. ſed quia veremur C. de iure iur. prop. calumn. dan.* Hoc tamen intelligitur ſi à parte petatur, vt *dixi in d. pragm. p. 2. cap. 1. nu. 197.* quibus addo *Craſ. de except. excep. 32. num. 155. Gaill. obſer. 48. num. 16. libr. 2. & libr. 1. de pact. publ. cap. 11. num. 30. Ricc. coll. 1231. eſt text expreſſus in cap. 1. §. propter obmiſſum de Iuram. calum. lib. 6.* ibi (*propter omiſſum quoque tacite in tota cauſa columnię iuramentum, iudicialis proceſſus, aliàs factus legitime non eſt nullus, nec etiam annullandus,* Et ſi iuramentum prędi-

Nn ctum

ctum in Regno præſtari ſoluatur, maximè ſtante d. pragm. adeas me ipſum *d. cap. 1. num.* 201. & 202.

104 Decimum quartum exemplum eſt + Exequutio vigore inſtrumenti ex teſtibus in prima inſtantia non impeditur *Intrigl. ſup. bull. quæſt. 5. & conſil. 27. num. 9. Craſ. de exceptio. excep. 25. num. 3.*

105 + Tamen quando creditor habens pactum de non opponendo ſtatim non diſſentit in productione teſtium ſibi præiudicat in via exequutiua, ita bis teſtatur in M. R. C. *Anton. de Amat. reſol. 36. num. 15. & ſequ. Maſtrill. deciſ. 87. numero 3. & ſeq. Intrigl. ſup. bull. quæſ. 65. num. 9. Placit. Coſt. in addit. ad Patrem ad conſil. 52. iſdem Maſtril. ad Gregor. de cenſib. quæſt. 9. num. 27. Anton. de Virgil. de legitim. perſo. cap. 28. num. 19. Giurb. deciſ. 100. num.* 8. & ita reperio fuiſſe deciſum in M. C. pro Fabio Suſino, contra Franciſcum Garillo, de qua re teſtatur Illuſtr. Roccus Potenſano, tunc Aduocatus M. R. C. & ad pręſens meritiſſimus Regens rerum Italicarum apud Regem, & dominum noſtrum in cauſa pro domino Principe Pantellarię, contra Marcellum Pariſi, & in eadem cauſa dicti domini Principis, ita deciſum, & hanc opinionem ſequitur quoque *Craſ. in prælud. de except. num.* 258. in noua editione, de cauſa dictorum

de

de Suſinno, & Garillo meminit *Mut. deciſ. 94.* conducũt ea, quæ adnotaui ad lectur. practicab. *§. accidit aliquando num. 34. verſ. illud tamen ;* *idem Burg. de laudim. p. 3. inſpect. 4. a num. 144. Mut. ad pragmat. Regis Alphonſi de cenſib. numer. 275. & ad rit. cap. 135. num. 19. in addit. lit. H. & GG.*

106 Vnde eſt, ✠ quod opinio *Anton. de Ball. ſuper. bull. quæſt. 25. num. 9.* dicentis, quod pactũ de non opponendo habet tractum ſucceſſiuum non eſt in regno recepta.

107 Limitatur noſtra ſententia, ✠ quotieſcumque debitor producendo teſtes ſuper ſolutione, creditor diſſentiret; tunc enim ſibi non præiudicaret, in iuribus exequutis *Craſ. loco cit. num. 259. Cenc. de cenſib. p. 2. cap. 2. quæſt. 5. articul. 6. num. 29. Giurb. deciſ. 55. num. 18. Caſtil. de-*

108 *ciſ. 211.* ✠ Limitatur ſecundò, quoties capitula fuiſſent admiſſa cum clauſula ſaluo iure impertinentium *Craſ. loco cit. num. 160.*

109 Decimum quintum exemplum eſt, ✠ Exceptio reſciſſionis contractus, & ſi non admictitur in iudicio exequutiuo, etiam cauſę oppoſitorię; hoc tamen intelligitur ſi à creditore inſtitetur *late dixi in lect. pract. § accidit aliquando numer. 34. Inſt. quib. alie. lic. vel non.*

110 Decimum ſextum exemplum eſt, ✠ vt pro

dotis reſtitutione viro eiuſque heredibus competat annus luctus de mobilibus *l. 1. §. exactio C. de rei vxo. act.* Tamen iſta dilatio non competit, nec conceditur, niſi à parte petatur *l. 1* ibi *poſtulanti dari debet C. de dilat. l. 2.* ibi *ſi petantur C. vt intr. cert. temp. Becc. conſil. 43. num. 27. lib. 1. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap. 13. Gloſs. 6. num. 30.*

111 XVII. exemplum eſt ✠ Si vir vult gaudere beneficio anni luctus tenetur ſatis dare, vt anno expleto dotes reſtituat *l. vnica §. cum autem in fine* ibi *caution videlicet ab eo exponenda C. de*

112 *rei Vxor. actio.* ✠ Tamen non tenetur præſtare talem cautionem, niſi parte petente *Maſtril. deciſ. 252. nu. 18. & ſeq.* vbi teſtatur ita deciſum *Affl. deciſ. 279. numer. 4. Amat. reſol. 49. num. 27.*

113 XVIII exemplum eſſe poteſt; ✠ Conuento, & ſi competat terminus ad reprobandum aduerſus producta; hoc tamen intelligitur ſi à parte petatur *Giurb. deciſ. 26. num. 4. & deciſ. 36. num. 2. Burg. de mod. proceden. ex abrup. quæſt. 5. num. 278. Craſ. de except. except. 32. num. 151. in noua editione Ego ipſe in pragmat. de mod. proced. ſum. p. 2. cap. 1. num. 29. l. vnius §. cognititurum ff. de quæſtion.* ibi *quamuis defenſionem quocumque tempore poſtulante reo negare non oportet,*

&

& ibi Marſil. numer. 3.

114 Limita concluſionem ✠ in cauſis ordinarijs iuxta formam ritus, ex quo tunc, cum terminus ad reprobandum detur pro forma, omicti non poteſt, etiam parte non opponente *Burg. vbi ſup. numer.* 279. Sublimita, quoties reus habuerit copiam atteſtationum, vel aliorum actorum; nam tunc eo termino non petente cenſetur approbaſſe teſtes receptos, aliaque acta, & conſequenter terminus non datur *Intrigl. ſing.* 24. *lib.* 3. *Mut. in conſuetud. Panor. cap.* 14. *num.* 3. *Burg. loco cit. num.* 280.

115 Decimum nonum exemplum eſt ✠ Dato termino innocentię reo confeſſo in criminalibus, dandę ſunt copię productorum ad tradita per *Amodeum de ſindic. num.* 220. *Parid. de Put. in eod. tract. verb. inquiſitio cap.* 2. *in princip. Foller. in pract. crim. verb. perfecta in princip. fol.* 269. *Cum. de ſindic. cap.* 18. *num.* 1. *Ioan. Baptiſ. Aſin. in prax. iudicio §.* 22. *cap.* 3. *num.* 2. *Ioan Franc. Ponſib. de Lamijs num.* 88. *Carrer. in pract. crim verb. decimus caſus num* 22. *fol-* 20. *Iacob. Nouel. in tract. de defenſio. num.* 12. *&* 13. *Maran. de ordin. Iudicio p.* 6. *in princip: num.* 10. *fol. mihi* 257. *Bal. de Vbald. in pract. de quaeſtio. circa probationes verſ. decimo ottauo numer.* 1. *&* 2. *fol. mihi* 34.

Ta-

116 Tamen ✝ hoc intelligitur parte petente, & ad expenſas inquiſiti *Foller. vbi ſupra*; licet ſeruatum viderim, quod inſimul dato termino Innocentię reo, tradantur copię actorum ad inſtantiam fiſci actitatorum in cauſa.

117 XX. exemplum eſt, ✝ quod aliqui DD. adducunt, quod ſtante forma ſtatuti, quod bãnitus audiri nequeat; intelligendum eſt ſi à parte opponatur poſt *Ioan. Andr. cap. ſtatutum de reſcript. in 6. Franciſ. Aretini conſil.* 94. *colum.* 4. firmat. *Hippolit. de Marſil. in l. vnius facinoris* §. *cogniturum numer-* 14. *ff. de quæſtio.* & in ſimilibus de excommunicato *ex Hurtand. diſp.* 8. *de excomun. different.* 3. *num.* 6. notat *Dian. p.* 5. *reſolut. moral. tract.* 9. *reſol.* 110. *Mut. ad rit. cap.* 135. *num.* 119:

118 Oppoſitum tamen ✝ tenent comuniter DD. quod imo ſi bannitus agat, etiam parte non opponente proceſſus ſit nullus, & iudex ex officio debet ſupplere *Bart. Imol. Alex. Iaſ. & alij in l.* 1. §. *ſublata ff. ad Trebb. Mut. ad ritu cap.* 159. *num.* 34. *Anton. de Virgil. de legitim. perſo. cap.* 24. *num.* 11. vbi de comuni teſtatur, & *num.* 6. & 7. *ex cap. ritus* 159. probat, quod bannitus ſicut nõ poteſt ſe defẽdere, niſi purgato bãno, nec minus poteſt agere *ex Iaſ. conſil.* 168. *lib.* 2. *Alex. conſil.* 37. *lib.* 2. *dixit Grauet. conſil.* 191. *num.* 1.

&

& ex Alber. in l. item apud labeonem §. quod ait Prætor num. 1. ff de Iniur. Aſin. de exequut. §. 3. cap. 69. & alijs Craſ. de exceptio: excep. 4 num. 76. in noua editione:

119 XXI. exemplum eſt, ✠ vt licet terminus quindenę non currat; niſi exibitis ſcripturis per creditorem in exequutione calendatis; hoc tamen procedit inſtante debitore *Caſtil. deciſ. 77. in principio.*

120 XXII. exemplum eſt, ✠ vt licet terminus quindenæ non currat, niſi prius prœſtito de dup-

121 plo iuxta *cap. ritus* 112. ✠ Tamen quod procedit inſtante debitore *Cum. in cap. ritus 6. num. 12. Caſtil. d. deciſ. 77. num 1. & ſeq. expreſſius Mut. in cap. ritus* 104. *num. 3. & in addit. littera* E.

122 XXIII exemplum eſſe poteſt, ✠ quod apocha priuata regulariter recognoſci nequit ex literarum comparatione, & per teſtes deponentibus de ſignis, caracteribus, & figuris; ſed opus eſt, vt teſtes ad fuerint confectioni eiuſdem apocę; *l. comparationes C. de fid. instrument.* vbi *Salic. num. 1. Bal. num. 6. Sicard. num. 7. Aloyſ. de leo num.* 3. & paſſim alij *Tuſc. littera R. concl. 50. num. 1, Strac. de mercat. p. vlt. princip. partic. 3. tit. de probatio. nu.* 10. & ii. *Gabriel. comun. concluſ. tit. de probat. concluſ. 9. num. 5. & 6. Affl.*

deciſ.

Digitized by Google

*deciſ.*181. *numer.* 9. & ibi *Gram.* & *Vrſil. Alex. conſil.* 181. *numer.* 3. *libr.* 2. *Proſper. Farinat. deciſ. Rot. Rom.* 550. *num.* 1. *Ioann. Ang. Piſanel.* & *Proſp. Carauit. in addit. ad Affl. d. deciſ.* 181. *Iodoch in prax. rer. ciuil. cap.* 175. *num.* 21. *Vinc. de Franch. deciſ.* 105. *numer.* 9. *Couar. pract. quæſt. cap.* 22. *numer.* 3. *Paul. de Caſtr. in authen. contractus num.* 1. *C. de fid. Inſtrum. Bero. conſ.* 86. *numer.* 10. *libr.* 3. *Alex. Trentacinque conſil.* 14. *numer.* 1. *Cephal. conſil.* 540. *numer.* 89. *tom.* 4. *Alex. conſil.* 76. *libr.* 3. *Ruin. conſil.* 79. *num.* 1. & *ſequ. libr.* 4. *addit. ad Alex. d. conſ.* 76. *Menoch. conſil.* 809. *num.* 3. & *conſil.* 240. *numer.* 22. & *de Arbitr. Iud. caſ.* 114. *numer.* 22. *Brun. conſil.* 168. *numer.* 18. *Pariſ. conſil.* 19. *numer.* 38. *libr.* 3. *Gram. deciſ.* 84. *num.* 1. & 2. & ibi *Apetr. in addit. numer.* 1. *Genua de ſcriptur. priuat. libr.* 2. *cap.* 1. *numer.* 204. *Maſcard. de probatio. concluſio.* 988. *num.* 1. *Rip. conſil.* 117. *nu.* 8. *Rot. Rom. apud Cenc. de cenſib. deciſ.* 253. *nu.* 1. *Paul. Granut. Theor.* 15. *numer.* 1. *Intrigl. de cenſib. quæſt.* 23. *numer.* 6. *Panor. in capit.* 2. *numero* 2. *de fid. Inſtrum. Rolan. Aual. conſil.* 26. *numer.* 9. *libr.* 1. *Neguſan. de pignor.* 2. *memb.* 5. *part. numer.* 47. & ita fuit deciſum in curia ſtraticotiali Meſſanę 22. Septembris 1604. & in curia primarum appellationum eiuſdē pro V.I.D.

Fran-

Franciſco Scalmato, contra Bernardinum Tripi:

123 Quicquid in oppoſitum dixerint, ✠ quod ſufficit, teſtes deponentes dicere ſe habere notam manum ſcribentis *Seraph. deciſ. Rot. Rom.* 150. *numer.* 1. *Nicol. Genua ſibi contrarius de ſcript. priuat. queſt.* 14. *numer.* 10. *verſ. quarto. Farin: ſibi contrarius deciſ. Rot. Roman.* 582. *numer.* 8. *p.* 1. *Rot. Roman. diuerſo. p.* 2. *deciſ.* 124. *numer.* 1. & *p.* 3. *deciſ.* 277. *num.* 2. *Gratian. diſceptio.* 710. *num.* 30.

Tenendo tamen priorem ſententiam, quæ eſt
124 magis comunis, ✠ illa non procedit, quando à parte non fuerit oppoſitum; nam ea non opponente, apoca priuata, etiam non recognita probat, vt adnotauerunt *Granut. d. Theor.* 15. *num.* 24. *Crauet. conſil.* 275. *num.* 3. *verſicul.* & quod petens *Vrſil. ad Affl. deciſ.* 181. *numero* 8. *Oſaſch. deciſ. pedemon.* 71. *numero* 61. *Tuſc. littera R. d. concluſ.* 51. *numer.* 26. *Gabriel. comun. concluſio. tit. de probat. concluſ.* 9. *nu.* 7. Et ecce exemplum ad caſum noſtrum.

Cumque præſens materia ſit practicabilis, ideo parcant mihi benigni lectores, ſi illam ali-
125 quatenus diſcutiendam curem. ✠ Limitatur igitur ſecundo dicta principalis concluſio; quando eſſet magna vis comparationis; vt puta quia

adeſſet maxima ſimilitudo *Affl. in conſtit. Regni teſtamentorum numer.* 4. *Vrſil. in addit. ad eumdem. deciſ.* 181 *nu.* 3.

126 Secundo fallit ✠ quando teſtes comparantes eſſent conſanguinei ſcribentis *Hipp. Riminal.*
127 *conſil.* 503. *numer.* 14. *libr.* 5. ✠ At meritò contra præſentem limitationem tenet *Nicol. Gen. de ſcript. priuat. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 212. ait enim ipſe, quod eadem ratio militat in teſtibus conſanguineis.

128 Fallit quarto ✠ in antiquis *Vrſil. ad Affl. d. deciſ.* 181. *numer.* 5. *Papa Gregorius XV. deciſ.* 389 *num.* 2. & 3. *Tuſc. littera R. concl.* 51. *num.* 27. *Decia conſ.* 33. *num.* 10. *lib.* 1.

129 Fallit quinto, ✠ quando priuata ſcriptura fuiſſet ſcripta à viro optime opinionis *Vrſil. d. deciſ.* 181. *num.* 8.

130 Fallit ſexto, ✠ quando agitur de ſcriptura priuata inter liberos *Affl. in conſtitut. teſtamentorum numer.* 4. *Vrſil. deciſ.* 181 *numer.* 6. comunem dicit *Tuſc. d. littera R. concluſion.* 50. *num.*
131 10. ✠ Contrariam tamen opinionem, & forſitan veriorem tenent *Cephal. conſil.* 377. *numer.* 46. & 47. *libr.* 3. *Brun. conſil.* 79. *num.* 5. & 9. * Riminal. Iunio. conſil.* 418. *num.* 48. *lib.* 4.

132 Fallit ſeptimo, ✠ quando agitur de ſcriptura priuata continente ſumma non excedente libram

Digitized by Google

bram auri *Affl. in d. conſtitut. teſtamentorum numer. 3. Vrſil. d. deciſ.* 181. *numero* 4. *& facit tex. à contrario ſenſu in authen. At ſi. contractus*
133 *C. de fid. Inſtrum. &* ibi *Paul. de Caſtr. numer.* 3 *Surd. conſil.* 187. *numer.* 29. *libr.* 2. *Riminal. Iunio. conſil.* 418. *numero* 46. *libr.* 4. ✠ Libra autem auri continet ſummam 72 aureorum ſecundum *Gloſſ. in §. omnium autem verb. ſolidorum inſt. de peniſ. temer. litigan.*

134 Fallit octauo ✠ in literis miſſiuis, quia in eis teſtes intereſſe non ſolent *Vrſil. ad Affl. deciſ.* 181. *numero* 5. *Apetr. ad Gram. deciſ.* 106. *numer. fin. Burſat. conſil.* 39. *numer.* 25. *tomo* 1. *Simo. de Pret. conſil.* 51. *numero* 3. *cent.* 2. *Gramat. deciſ.* 34. *numer.* 15. *Maſcard. concluſion.* 988. *num.* 4. *Granut. d. Theor.* 15. *numero* 25. *& ſeq.*
135 *Strac. de mercat. loco relato numero* 13. ✠ Quicquid in oppoſitum dixerint *Rimin. Iunio. conſil.* 236. *num.* 26. *libr.* 3. *& alij adducti per Granut. loco cit. num.* 7.

136 Fallit nono, ✠ quando teſtes ſubſcripti apocæ vita functi ſunt; tunc ſufficit recognitio per ſigna, & caractares *Decian. conſil.* 35. *numero* 116. *libr.* 1. *Tuſc. littera R. concluſion.* 50. *numero* 34.

137 Fallit decimo, ✠ quando cum vnico teſte de viſu alij recognoſcunt per caractares, & ſigna

Digitized by Google

Apetr. deciſ. 84. *numero* 2. *Paulus Granut. Theorem.* 15. *numero* 20. *ex Corn. & Ruin. Gabriel. vbi ſupra num.* 9.

138 Fallit vndecimo, ✠ ſi adſit ſtatutum, vt credatur apocæ recognitæ *Cephal. conſil.* 454. *num.* 33. *libr.* 4.

140 Fallit duodecimo, ✠ ſi ſcriptura ad quam fit cõparatio reperitur in archiuio *Sicar. in d. l. cõparationes num.* 8. *C. de fid. Inſtrum. Tuſc. litter. R. concl.* 51. *num.* 29.

141 Limita tertiodecimo, ✠ in Curia Romana *Maſcardus concluſion.* 988. *numero* 2. *Nicol. Gen. de ſcript. priuat. libr.* 2. *capit.* 1. *numer.* 225 *Paulus Granut. d. Theor.* 15. *numero* 9. 21. & 23.

142 Limita quartodecimo, ✠ quando illa apoca reperiretur in ſcripturis ipſius ſcribentis *Vrſil. d. deciſ.* 181. *numer.* 2. *Mart. vot.* 10. *numero* 4. & 5. *Decianus conſil.* 46. *numero* 25. & 26. *libr.* 2.

143 Limitatur decimoquinto, ✠ quando vltra recognitionem adeſſent alia adminicula, *Tuſc. d. concluſion.* 50. *numero* 22. *Rot. Roman. diuerſo. p.* 2. *deciſ.* 124. *numero* 3. *Ludouiſ. deciſ.* 389. *numero* 2. vbi *Addit. littera A. Pappon. d. conſil.* 95. *numero* 11. *Nicol. Gen. de Scriptur. priuat. libr.* 2. *cap.* 1. *numero* 213. *Paul. Granut. d. Theor.* 15.

15.numero 10. *cum alijs ſequen.* vbi num.11.rationem aſſignat,&quot requirantur adminicula diſcutit. *num.* 21. *cum ſeq.*

144 Limita decimoſexto, ✠ vt excepta apoca, & epiſtola non procedat regula in alijs ſcripturis priuatis *Decianus conſil.* 33. *numero* 18. *libr.* 1. *Pappo.d. conſil.* 95. *num.* 18. *Gabriel. vbi ſup. num.* 9.

145 Limita decimoſeptimo, ✠ quando ſcriptura reperiretur in longinquis partibus *Maſcard. de concl.* 988.*num.*3.

146 Limitatur decimooctauo, ✠ quando adeſſet conſuetudo, vt credatur ſcripturę recognitæ

147 *Decian. conſil.* 11.*numero* 129.*libr.* 1. ✠ & in M. C. videtur, quod vigeat talis conſuetudo

148 *Teſtai alleg.* 6. *numero* 281. ✠ Et an attendenda ſit conſuetudo vbi fuit apoca confecta, vel vbi producitur vide *Iaſ. in l. admonendi in* 2. *lect. numero* 95. *ff. de Iure iur.*

149 ✠ Attende huiuſmodi conſuetudinem periculoſam eſſe, & ideo iudicem perſpicere debere ad ſtatum, & conditionem petentis, ac conuenti, reiquæ qualitatem, & quantitatem, ac dicta, & conditionem teſtium diligenter attendere debere, ſcriptum reliquit *Beneuen. Stracc. de mercat. p. vlt. princip. part.* 3. *tit. de probat. num.* 12.

150 XXIV. exemplum eſt ✠ Excomunicationis abſo-

abſolutio, & ſi de poſſibili abſoluto; cum ipſa excomunicatio ſit pæna, deferri poſſit etiam inuito *Azor. libr. 1. capit. 9. quæſt. 2. Eman. Sà in Aphoriſ. confeſſar. verb. excomunicatio tit. de abſolutione numero 7. Dian. p. 5. tract. 9. reſol. 31.*
151 ✠ Tamen de facto, & de congruo non datur, niſi fuerit humiliter petita *cap. ſignificaſti de eo qui dux. in matrimon*. ibi *excomunicato munus abſolutionis (ſi petierit) iuxta formam Eccleſiæ im-*
152 *penſurus*. ✠ Quandoque tamen abſolutio de facto, & de congruo impeditur etiam non petenti, interuenientibus iuſtis de cauſis, vt puta, ſi imminet vtilitas Eccleſiæ, vel quid ſimile *Panor. in cap. Apoſtolicæ numero 1. de exceptio.* vbi *Sebaſtian. Sap. pro conſimili caſu plures DD. videndos allegat Vener. de examin. Epiſcop. libr. 2. capit. 9. numero 12. Siluestr. in ſumm. verb. abſolutio tertio numero 10.* putans congruam eſſe, cauſam ſi expedit ſaluti excomunicati, quis nõ
153 abſoluitur fiat peior, & durior. ✠ Ceterum ſi abſolutio conditionalis moribundo non petenti etiam per ſigna, impendi poſſit adeas *Dian. p. 3.*
154 *tract. 3. reſolut. 8.* ✠ Et vltra per eum allegata, notandum cenſui Patrem Franciſcum Garofalo Feliciſſimæ recordationis eruditiſſimum virum Societatis Ieſu, tunc præceptorum meum publicè legentem in almo Collegio Panormitano

nō *in tract. Theolog. de pœnit. diſput. 1. ſection. 5.* probabiliter docuiſſe abſolutionem conditionalem tali moribundo impendi poſſe.

155 XXV. exemplum eſſe poteſt ✠ Vſusfructuarius, ſi non præſtat cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri de ſtabilibus, & de reſtituendo prætio mobilium, quæ vſu conſumuntur non facit fructus ſuos *Gloſſ. in l. ex diuer-*
156 *ſo ff. de reiuend.* ✠ Hoc tamen intelligitur parte petente *Caſtren. in l. peto §. fratre coherede ff. de leg. 2. Bart. in l. Vxori numero* 1. *ff. de Vſufruct. legat. Alex. conſil.* 96. *numer.* 1. *vol.* 4. *Dec. conſil.* 607. *Gaill. obſeruat.* 46. *numero* 2. *libr.* 2. *& de pac. publ. libr.* 1. *capitul.* 11. *numer.* 29. *Marſil. in l. vnius facinoris §. cogniturum numero* 9. *ff. de queſtion. Petr. Pecch. de teſtam. coniug. libr.* 1. *capit.* 9. *verſicul. hinc exiſtimant Gabriel. comun. concluſion. titul. de Vſufruct. concluſ.* 1. *numero* 11. *&* 49. *Port. in §. vſufructus numer.* 4. *Inſtit. de Vſufr.* & tamquam omnium abortiuus O*inot. Author dannatus, ſed expurgatione permiſſus in princip. Inſtit. de Vſufruct. numero* 12: teſt. eſt expreſſus *in l. 2. §. quod ait prætor ff. quor. legat.* ibi (*quod ait Prætor, ſi per bonorum poſſeſſionem non ſtat, vt ſatiſdetur; ſic accipimus, ſi paratus ſit ſatiſdare; non ergo offerre debet ſatiſdationem, ſed petenti ſatis mora non facere.*

157 Limita concluſionem ✠ quotieſcumque vſus fructuarius, ignorante proprietario, & eum vitio poſſideret; ſecus ſi ſine vitio, vel eo ſciente *Aret. in* §. 1. *numero* 4. *Inſt. de vſufruct. Dec. d. conſil.* 607. *numer.* 3. *Gabriel. loco cit. numer.* 15. integram concluſionem probat Aret; cęteri vero quoad partem.

158 XXVI. exemplum eſt, ✠ licet in meritis cõparens vti procurator teneatur docere de mandato; tamen in coſtanda citatione quis non tenetur exibere inſtrumentum mandati, niſi parte petente *Anton. de Virgil. de legit. perſo. in præludi. num.* 3.

159 XXVII. exemplum eſt, licet ceſſionarius nõ poſſit agere, niſi oſtenſo inſtrumento ceſſionis *Bal. in l. per diuerſas C. mand. Boer. deciſ.* 10. *nu.*

160 1. ✠ Hoc tamen intelligitur ſi à parte petatur *Rebuf. tom.* 1. *coment. ad conſtit. gall. de liter. obligat. Gloſſ.* 11. *artic.* 3. *numer.* 8. *Flam. Cart. deciſ. Genu.* 63. *numero* 22. *nouiſſimè Amat. reſol.* 78. *numer.* 11. ſubdens, quod de viribus ceſſionis in Regno diſcutitur infra quindenam; intelligo tamen præſens exemplum iuxta proximum adductum, vt in meritis meritorum debet docere de ceſſione.

161 XXVIII. exemplum eſſe poteſt, ✠ Et ſi magiſtratus pupillis tutorem non habentibus, tutorem

rem

rem dare teneatur; hoc intelligitur ſi interpellatus fuerit *Marsil. in l. vnius facinoris* §. *cogniturum numero 5. ff. de quæſtio. Conuerſa. in* §. *ſciendum numero 2. Inſtit. de ſatiſd. tutor. &* *omnium obortius Oinot. Author. dannatus, ſed ex purgatione permiſſus in princip. Inſtit. de Actil. tutor. l. 1.* §. *magiſtratibus ff. de magiſtrat. conuenient.*ibi *magiſtratibus imputatur, etiamſi omnino tutor vel curator datus non ſit, ſed ita demum tenentur ſi ita moniti non dederint*. Illud verbũ moniti non refertur ad iuſſum Præſidis; ſed ad partis petitionem *Accur. ibid. verb. moniti vide text. in* §. *ſed hoc iure Inſtit. de Actil. tuto.*

162 XXIX exemplum eſſe poteſt, ✝ vt licet ſolemnitas extrinſeca non præſumatur hoc intelligitur parte petente, ſiue opponente *Macthe-ſil. ſing. 12.*

163 XXX exemplum eſt, ✝ ſpoliator non poteſt audiri, niſi reſtitutione facta; hoc intelligitur parte petente, & opponente *Cum. ſuper capitul. ritus* 40. *numero* 220. *Mut. ſup. rit. capitul.* 135. *numer.* 118.

164 XXXI exemplum eſſe poteſt, ✝ quod exceptio, quæ remictitur in fine cauſæ parte petente decidi debet, ſeparatim a diffinitiua, alias diffinitiua eſſet nulla *Triuiſ. deciſ* 2. *Giurb. dec.* 21. *numero* 9. *Amat. reſol.* 80. *numero* 15. fuit

ſeruatum in cauſa Cauſtri ad mare, inter Eccell. Duciſſam Bisbonæ, & Spectab. Baronem Sancti Laurentij anno 1605. & in cauſa Gulfę, vt teſtatur quondam Peregrinus Sciortino in allegationibus quas habeo ad pennam pro V. I. D. Petro la Fauara contra Philippum de Fortiano fuit quoque ſeruatum in cauſa artis medicinæ Doctoris Franciſci Guerreri contra Deputatos Eccleſiæ animarum Purgatorij Vrbis Panormi, & in cauſa illius de Veles contra V. I. D. Don Sebaſtianum la Farina.

165 XXXII. exemplum eſt, ✠ quod exceptio litis pendentiæ non admictitur, niſi parte opponente *Gail. libr. 1. de pac. publ. capitul. 11. numero 29.*

166 XXXIII. exemplum eſt, ✠ libellus obſcurus, licet non valeat; viribus tamen ſubſiſtit parte non opponente *DD. in l. edita actio C. de edend. Gail. vbi ſupra numer. 31. Anton. de Virgil. de legitim. perſo. capitul. 3. quæſtio. 1. numero 13.*

167 XXXIV. exemplum eſt, ✠ libertus, & ſi tenetur ad opera patrono, ad illa tenetur parte petente, & non aliter *l. cum patronus ff. de oper. liberto.*

168 XXXV. exemplum eſt, ✠ & ſi in criminalibus procurator regulariter non admictitur; tamen

men hoc intelligitur parte petente *Mut ſup. rit. cap.135.n. 120. & 121.*

169 XXXVI. exemplum eſt, ✠ ſtante ſtatuto, quod cauſę vertentes inter perſonas coniunctas compromictantur in arbitros; non habet locum tale ſtatutum, niſi parte petente *Iaſ. in repet. l. admonendi numero 279.ff. de iureiur. & in l.vniuerſa C. de precib. Imper. offeren. numero 4.* vbi *Addit. Bal. in l.ſi ea in fine C. qui accuſ non poſſ. Addit. ad Panor. in capit. fin. ad numero 15. de reſcript. Vant. de nullit. ex defect. Iuriſd. ordin. ſub numero 148. Craſ. exceptio. 32. de exceptio. in prima editione num. 148. Cabballin. de euictio. §. 3. ſub numero 19. Gargiar. patrocin. 46. num. 12. Maran. in ſpecul. aur. p. 6: act. 2. numero 13. Duen. reg. 36. limit. 1. Marſil. ſing. 467. verſic. ſcias etiam Intrigl. ſing. 190. lib. 1.*

170 Quę omnia confirmantur, ✠ ex quo beneficiũ ſtatuti intelligitur conceſſum parte petente *Giurb. deciſ. 70. numero 4. Caſtil. deciſ. 6. numer. 4. Ego ipſe ad pragm. de mod. proced. ſumm & de plan. ſol. fact. verit. inſpect. p. 2. cap. 2. num. 185. & eſt optimus text. in l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dan. infect.* ibi *hoc autem iudicium certam conditionem habet ſi poſtulatũ eſt; cæterũ qui non poſtulauit experiri non poteſt. Giurb. deciſ. 13. nu. 8.* vbi limitat quando ſtatutum, ipſe iure aliquid fieri velit.

Nono querendum putaui, an ſtatutum noſtrum locum habeat ſi de conſtitutione ſalarij
171 adeſt publicus contractus? ✠ Et negatiuè reſpondeo, vt patet in eodem cap. ibi *excepto che di tali debito non ndi foſſe fatto contratto, o atto publico ex Bonior.* Meminere *Maſtril. deciſ.* 304. *numero* 8. *&* 9. *tomo* 4. *Caſtil. deciſ.* 120. *numero* 8. *&* 9. qui ſcripſerunt de eadem cauſa, & ſubdunt rationem; quia ſi de debito ſeruitij perſonalis adeſt contractus, vel inſtru-
172 mentum debitor eſt in mala fide. ✠ Sed hæc ratio mihi non placet; nam æque eſt in mala fide ſcienter detinens rem alienam, ſi eſt contractus, ac ſi nullum eſt inſtrumentum, *cap. vigi-*
173 *lanti de præſcriptionibus*. ✠ Ideo dicas rationem eſſe; ex quo per eadem principia, per quæ res in eſſe producitur; per eadem, & diſſoluitur; *l. nihil tam naturale ff. de reg. iur.* Ideo ſicut debitum ſalarij per inſtrumentum contrahitur, ita per inſtrumentum eſt diſſoluendum faciunt verba capitul. noſtri ibi *non ſi trouando ſolutione, o caſſatione d'eſſo atto publico Grilanz. conſil.* 52. *num.* 27. *&* 38. *loquens in terminis conſimilis ſtatuti*.

174 Amplia concluſionem, ✠ vt procedat etiam ſi de ſalarij conſtitutione conſtet per apocam priuatã; quia cum excipiat contractum, vel actum

tum

tum publicum, nomine contractus venit ſcriptura priuata *Cum ſupr. rit. cap. 6. numero 9. Caſtil. deciſ. 109. numero 33. & ſequ. & deciſ. 212 numero 22. Amat. reſolut. 8. num. 13. Coſt. conſ. 19. numero* 3. Et tanto magis, quia tex. noſter vtitur ditione, vel, ibi *contratto, o atto publico*, cuius natura eſt, vt ponatur inter diuerſa *rubr. ff. de acquir. vel amictẽn, poſſeſ.*

Decimo quæro, ſtatutum noſtrum excepit caſum, vbi adeſt contractus, vel actus publicus; an cęteri caſus, præter iſtum cenſeantur compręhenſi in noſtro ſtatuto qui alias de iure non comprehenderentur? Et reſpondeo negatiuè,
175 ✝ nam licet exceptio firmet regulam in caſibus non exceptis; actamen non operatur, vt in regula comprehendantur eaquę de ſui natura non comprehenderentur *l.generali §.vxori* vbi *Bart. ff. de vſufruct. leg. Euerard. in topic: loco 3. verſ. primo* vt procedat dicẽs eſſe mente tenẽdum, & quod habuit in facto *Dec.in l.ſenium numero 30. C. qui teſtam. fac. poſſ. Crot. conſil. 136. numero 3. libr. . Couar libr. 2. variar. capitul. 5. numer. 7. Cagnol. in l. 1. numero 34. ff. de reg. iur. Bero. conſil. 81. numero 36. libr. 1. Put. deciſ. 444. nu. 4. libr. 1. Flam. Cartar. deciſ. Rot. Gen. 121. num.*
176 13. ✝ Confirmatur primo, quia exceptio non firmat regulam in caſibus de iure comuni, non excep-

exceptis alias exceptis ad euitandam iuris correctionem *Clemen. exiui de paradiſo* §. *debinde, & ibi Cardin. de verb. ſignif. l. ob es* vbi *Gloſſ. C. de præd. mino. Euerard. loco cit. verſ. ſecundo dicta theorica.*

177 Confirmatur ſecundo ✠ exceptio, & ſi confirmet regulam; actamen extenditur ad caſum omiſſum, vbi eſt eadem ratio vel æquitas *l. illud & l. ſancimus C. de ſacroſan. Eccleſ. l. quæ propter neceſſitatem ff. de reg. iur. capitul. cum dilecta de confirmat. vtil. vel inutil. gloſ. in l.* 1. *C. de cond. indeb. Din. in capit. argumentum de reg. iur. in* 6. *Signorol. de Homod. conſil.* 168. *numero* 28. *Euerardus in topic. loco* 72. *verſicul. ſecundo limitatur.*

178 Secundo probatur a ſimili. ✠ Statutum cogens ad compromictendum, prout in regno noſtro eſt *capit.* 85. *Regis Caroli*, & ſi tantum excipiat cauſas feudales, & ſententiæ tranſactę in rem iudicatam; nihilominus non ob id intelligitur non excipere cæteros caſus de iure exceptis *Pract. Pap. in form. libel. quand. agit. ad pen. ex compromiſ. Gloſ. poni numero* 7. *Affl. deciſ.* 84. *numero* 2. *& ſequ ex Soccin. conſil.* 38 *in princip. libr.* 1. *Vrſil. ad Affl. deciſ.* 46. *numero* 16. *Arno. comen.* 123. quam opinionem Regni praxis recepit. Et hęc reſolutio ſatis eſt ad propoſitum

ad

ad reſolutionem infraſcriptorum.

Vndecimo quæro. Statutum noſtrum elapſo tempore in eo præfixo excludit creditorem mercedis nè poſſit petere ſalarium; an cenſeatur illum excludere ab exceptione, vt puta, com-
179 penſatione, vel ſimili? ✠ Et reſpondeo negatiuè, exquo ſtatutum tollens actionem non cenſetur tollere exceptionem *Franc. in capitul. dilecti col. 4. quæſt. 54. de appell. Bertachin. in reperto. verb. nullitas fol. 183. Put. deciſ. 174. libr. 2. Balb. deciſ. 22. Achil. de Craſ. deciſ. 6. titul. de citatio. Rot. Rom.* in vna nullitatis inter Curtiũ de Mattheis, & Vincentium de Bertonibus 10 Nouemb. 1594. quã ſequitur *Ricc. coll. 2119. & coll. 958. Tiraq. de retr. conuent. §. 1. Gloſ. 2. n. 31. & 32. optimè Signorol. de Homod. conſil. 139. ex Decian. conſil. 69. numero 23. vol. 5. Maſtrill. deciſ. 102. numero 10. Duen. reg. 306. limit. 7.* loquens in terminis ſtatuti, noſtro pèrſimilis alligans *Bart. in l. 1. §. ſublata, &* ibi *Iaſ. in 2. lect. ff. ad Trebb.*

180 Ratio prædictorum eſſe poteſt, ✠ ex quo temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum *l. purè §. fin. de dol. mal. except. Gloſ. in l. ſicut verb. perſequutione C. de præſcript. 30. vel 40. anno. Bart. in l. ſocietatem §. arbitror numer. 22. ff. pro ſocio Duen. loco cit. Gratian. deciſ. Marcb.*

ch. 151. numer. 9. Guttier. de contract. Iurat cap. 1. numero 22. Maſtril. d. deciſion. 102. *numero* 11.

Duodecimo querendum putaui: an ſtatutum noſtrum excludens creditorem mercedis, ſi infra certum tempus illam non petierit, locum habeat ſi debitor iuramento ſe obſtrinxerit ad ſoluendam mercedem? Et reſpondeo negatiuè
181 ✝ ex quo iuramentum perpetuat actionem *l. nā & poſtea §. is qui temporali* vbi *Bart. & Iaſ. nu. 4. ff. de iur. iuran. Addit. ad Port. in §. ſed aliquando numero 5. Inſt. de Vſucapio. Marſil. ſing.* 141. ſubdens ita in facti contingentia obtinuiſſe *Felin. in capitul. fin. numero 7. de præſcript. Corn. conſ.* 328. *numero* 22. *libr.* 1. *Rodriquez Suarez in repet. l. poſt rem iudicatam numero 2. ff. de re iudic. fol.* 116. *Aufrer. ad* Cappel. *Toloſ. deciſ.* 220. *Grat. conſil.* 41. *col.* 2. *libr.* 1. *Boer. deciſ.* 328. *Gabriel. com. concluſ. tit. de ſtat. concluſ.* 11. *numero* 1. *& tit. de iure iuran. concluſ.* 5. *numer.* 12. *& tit. de præſcriptio. concluſ.* 4. *num.* 18. *Mart. deciſ.* 133. *Rot. Roman. diuerſ. deciſion.* 8. *p.* 3. *libr.* 1. *Ricc. coll.* 238. *verſ.* addas inſuper *Intrigl ſing.* 100. *numero* 108. *libr.* 3. *Duen. reg.* 306. *limit.* 2. qui loquitur in terminis ſtatuti, noſtro per ſimilis.

182 Probatur, ✝ diſpoſitio generaliter loquens non comprehendit caſum iuramento firmatum, niſi

niſi de eo fiat expreſſa mentio *gloſ. fin. in cap. cum. non decet de electio. in 6. Gabriel.tit. concl. 11. nu.5. & d. concluſ. 5. nu.1. Intrigl. ſing.100. nu.68. cap. ſi vero de iureiuran.* ibi (*nec nos alicui dare materiam volumus veniendi contra iuramentum proprium, ne authores periurij videamur*) & *in l.1.C. ſi aduerſ. Vendit.* ibi (*idque etiam iureiurando corporaliter præſtito ſeruare confirmaſti, neque perfidie, neque periurij, me authorem tibi futurum ſperare debuiſti*, & ſic ex defectu voluntatis Rex noſter in ſtatuto ſuo voluit comprehendere debitum iuratum.

183 Secundo probatur ✚ cum iuramentum ſit res ſpiritualis, eſt enim inuocatio diuini teſtimonij in dicti alicuius confirmationem *S.Th.2.2.queſt. 89. art.1.* ideo illius cognitio ſpectat ad Iudicē Eccleſiaſticum, & non Laicum *cap. venerabilem de elect.* ibi (*vtrum vero dictum iuramentum ſit licitum, vel illicitum, & ideo ſeruandum, an non ſeruandum extiterit, nemo ſane mentis ignorat ad noſtrum iudicium pertinere*) *cap. nouit de iudic.* ibi (*numquid non poterimus de iuramenti religione cognoſcere, quod ad Iudicium Eccleſiæ non eſt dubium pertinere*) *cap. licet de iureiuran. in 6.* ✚

184 Ob id meritò dicunt DD. quod Princeps temporalis ab obligatione iuramenti quemquam eximere nequit, nec in eo, tamquam de re ſpiri-

tuali poteſt manus apponere *Abb. Panor. quaſt. 2. nu. 5. Roland. Aual. conſ. 99. per tot. lib. 3. Rip. reſponſ. 136. nu. 2. lib... & conſ. 198. nu. 3. Craſ. de except. excep. 32. nu. 13.* in nouiſſima editione *Bonacoſ. comun. opinio. crimin. p. 1. verbi ſtatutum. Mut. ſup. prag. tit. 16. nu. 18. Decian. lib. 2. crim. cap. 18. num. 10. & cap. 198. nu. 3. Luc. Mactb. Apicel. de morato. Princip. nu. 17. Dian. p. 1. tract. 2. reſol. 74. & reſol. 114. Blaſ. Gondiſ. de diuiſ. Regn. Sicil. num. 220. fol. mihi 135.* & alij

185 penes eos ✠ Hinc aſſerunt nonnulli, periurum non poſſe ab ordinario abſolui ſed ſolum a Summo Pontifice *Crauet. conſ. 6. n. 93. & conſ. 1000. nu. 7. Gemin. conſ. 105. nu. 6. Intrigl. ſing. 3. lib. 2. Franc. Rip. conſ. 55. Palidor. Rip. conſ. 137. nu. 6. Petr. Lun. in addit. ad conſ. 13. il 2. diuerſo Siculo. ex Caual. deciſ. 9. nu. 23. p. 1.* tenet *Coſt. conſ. 36.*

186 *nu. 23.* ✠ Licet oppoſitum aliqui dicant, vt Epiſcopus poſſit abſoluere à periurio incurſo *Tuſc. lit. A concluſ 62. nu. 36. Caſtil. deciſ. 149. n. 20.* vbi teſtatur ita in praxi ſeruari *Maurit. Apicel. in addit. ad patrem tit. de morato. nu. 606.*

Sed obicies primo contra hanc ſecundam ra-
187 tionem ✠ Princeps temporalis in remittendo iuramento habet vim Apoſtolici *gloſ. fin. in l. adigere ff. de iur. patro.* vbi *Bart. Craſ. de except. exceptio 31. num. 18.* in noua impreſſione *Intrigl. conſ.*

conſ 19. nu. 13. tex. eſt notab. in d. l.adigere ibi *(lege Iulia de maritandis ordinibus remičtitur iuſ-*
188 *iurandum, quod liberto in hoc impoſitum eſt)* ✠ Reſpondeo quod dicta propoſitio eſt erronea, & contra iura canonica aperta ſuperius adducta illamque meritò impugnat *Anton. de Ball. lib. 5. prag. 1. tit. 16. de dilat. nu. 3. fol. mihi* 220. & latius *Dian. locis citatis, & tex. in d. l.* adigere fuit merito correptum à iure canonico.

189 Obicies ſecundo. ✠ Dilatio conceſſa à Principe temporali extenditur ad debitum iuratum *Craſ. d. excep. 32. nu. 17. & ſeq.* vbi *nu.* 20. ampliat etiam ſi de iuramentorum fuerit facta mentio *Ball. vbi ſup. nu. 2. & ſeq. Mut. ſuper pragm. Regni Siciliæ tit. 16. n. 21.* loquens etiam ſi Prin-
190 ceps de iuramento non fuerit certioratus. ✠ Reſpondeo quod Princeps temporalis in hoc caſu nihil diſponit de iuramento, ex quo indulget dilationem pauperibus debitoribus, qui ex cauſa neceſſitatis ſoluere nequeunt, & ob id non incidunt in periurium *cap. querelam de Iureiuran. Anton. de Ball. loco cit. nu* 2. & 3. Tanto magis, quia non ſimpliciter tollitur ius iuramenti; ſed tantum differtur, cautionem præſtando creditoribus per fideiuſſionem, quæ à debitore dilationem obtinente præſtatur *Craſ. vbi ſup. num. 17 & 21. Mut. loco cit. n. 22.*

Digitized by Google

191 Obicies tertio, ✠ cap. 78. Regis Caroli quinti præſumens contractum minoris iuratum, abſque authoritate curatoris vel iudicijs exortum, valet, vt dixi in lectura practicabili *ad tex. in* §. *nunc admonendi nu.* 15. *Inſt. quib. alien. lic.* vel non quibus addo *Bero. conſ.* 37. *nu.* 23. *& ſeq. lib.* 1. *Flamin. Cart. deciſ. Gen.* 81. Ideo Princeps
192 temporalis poteſt diſponere de iuramento. ✠ Reſpondeo, quod ſibi tantum diſponit indirectè præſumendo, extortum iuramentum, prout etiam diſpoſuit indirectè præſumendo extortum iuramẽtum Eccellentiſ. Comes Caſtri, olim huius Siciliæ Regni meretiſſimus Prorex *in ſua pragmatica* §. 2. in obligatione mulierum iurata, fauore virorum; & licet DD. citati ſupra n. 184. dicant non poſſe Principem temporalem præſumere iuramentum extortum, aſſerentes ob id ſtatutum laicale eſſe nullum; tamen ego non recedo ab his, quæ firmaui *in d.* §. *nunc admonendi n.* 15. nam Princeps temporalis principaliter diſponit de contractu cuius eſt cognitio, & conſequutiuè & acceſſorie de iuramento, quod accedit contractui.

193 Obiecies quarto ✠ licet aliqui aſſerant periurij crimen ſolum ad iudicem laicum ſpectare pro eius punitione inter quos *Don Marius Cutel.*
194 *ſuper Cod. Regni ad cap.* 6. *Regis Petri n.* 1. *&* 2. ✠

Alij

Digitized by Google

Alij vero totum oppoſitum dicant, ſolum pertinere cognitionem periurij ad iudicem Eccleſiaſticum *Boer. deciſ. 305. nu.4. & ſeq. Viu. opinio. 159. lib.1. Suar, recep. ſent. lit.P. nu.95.* vbi teſtatur de comuni *Decian. lib. 5. cap.12. nu.25. Hippol. Bonacoſ. comun. opinio.crim.verb. periurium p. 1. gloſſ. per illum tex. in cap. ad apoſtolicæ verb. deierauit de ſent. & re iudic. lib.6. tex. eſt in cap. licet de iureiuran. lib. 6.* ibi (*eosdem iudices (ideſt ſeculares, vt patet ſupra) ad ſeruandum hoc ius canonicum per locorum ordinarios, cenſura Eccleſiaſtica decernimus compellendos*)
195 ✠ Hinc aſſerunt nonnulti, quod iudex Eccleſiaſticus poteſt cogere laicum ad obſeruantiam contractus iurati *Dian. p. 1. tract. 2. reſol.114. in fine Mut. ſup. cap. 511. Regis Alphonſi nu.19. tomo 5. Intrigl ſing. 100. nu.49. & 50. lib. 3.* facit *tex. in cap. nouit de Iudic. & in d. cap. licet de iureiuran. lib. 6. & in cap. fin. de for. comp. lib.6.*

Cęterum inter has diffidentes opiniones pro-
196 babilior videtur ſententia, ✠ periurij cognitio ſit mixti fori *Abb. in cap.1. de empt. & vendit. nu. 5. Vener. in exam. Epiſcop. lib. 6. cap. 1. nu. 1. Decian. lib. 4. tract. crim. cap. 27. nu. 6. Mut. ſuper pragmat. tit. de falſis nu.4. Iulin. Cart. deciſ. crim. 89. nu. 5.* vbi plures allegat; & ſic videtur dicendum, quod Princeps temporalis ſaltem per mo-

dum præuentionis poteſt cognoſcere de Iuramento. Nam reſpondeo, quicquid ſit de veritate harum opinionum, & ſi iudex temporalis poteſt cognoſcere de periurio; hoc non eſt contra noſtram concluſionem, cum non cognòſcat de obſeruatione iuramenti, ſed ſolum puniet controuenientem iuramento.

Vnde concluſio noſtra, ſic probata amplia-
197 tur ✠ non ſolum procedere ſi debitor ſeruitij perſonalis iurauerit iuramento deciſorio; verum quoque iuramento promiſſorio, & aſſertorio: nam adhuc non poteſt ſe letari beneficio noſtri ſtatuti, *Gabriel. d. concluſ. 11. n. 3. & ſeq.*

198 Limitat ✠ concluſionem *Merlin. controuerſiar. foren. cap. 44. nu. 21. & ſequen.* multis modis, & preſertim in iuramento extraiudiciali. Sed ego admictendam non puto dictam limitationem, cum ſit contra DD. rationes, & iura ſuperius allegata, quæ æquè militant in iuramento iudiciali, ac extraiudiciali, vt patet illa legenti. & ita *Gabriel. dicta concluſ. 11. n. 5.* vbi de communi teſtatur.

Illud pro complimento præſentis quæſtionis
199 adnotare curaui ✠ quod periurus in iuramento litis deciſorio non poteſt criminaliter puniri, ſed ſolum Deum habet vltorem *Boer. deciſ. 305. Clar. in §. periurium n. 11. Paul. Granut. theorem.*

3. num.

3.nu.18.Suar.recep.ſent.lit.P.num.98.Hippol.Bonacoſ.comun. opinio. crim. verb. periurium Cum. in cap.ritus 61.nu.22.Decian.lib.6.crim. cap.11.num.33.& cap.13.uum.2.verſ.ego vero & lib.2.cap.19.nu.10. l. iuſiurandi C.de reb.cred. ibi (*iuſiurandi contempta religio ſatis Deum vltorem habet & l.non erit verſ.dato ff. de iureiuran.* ibi (*dato iureiurando non aliud queritur, quā an iuratum ſit, remiſſa queſtione, an debeatur, quaſi probatum ſit iureiurando*) & ita in facti contingentia obtinui in foro ciuili.

200 Licet oppoſitum nonnulli dicant, ✠ vt periurus in dicto caſu ſit punibilis pena arbitraria *Marant. in ſpecul.art.9.nu.23.fol.406.Iuliu.Car*

201 *tar.deciſ.crim.67.per tot.* ✠ quorum opinio ſubſtineri poteſt in foro canonico, quo in caſu concluſio noſtra limitatur *Decian.d.cap.19.n.10.* & in hoc foro precipuè loquitur *Cartar.*

202 Decimo tertio querendum putaui ✠ Quinquennium vel annus à ſtatuto noſtro prefixus an currat à die incepti, vel finiti ſeruitij? Et reſpondeo, quod currit à die finiti ſeruitij *Giurb. deciſ.13.n.13.* loquens in terminis ſtatuti noſtri & allegans *Padil. in l. 1. num.43.C.ne ſeruit.Rebuf.de famul. ſalar. gloſ.10.& 11.num. 5.* addo *Duen. reg.306.limit.4.* Nouis enim traditionibus & ſeruitijs interrumpitur tempus ſtatuti noſtri

l.cum

Digitized by Google

l, cum notiſſimi §. *in his etiam C. de præſcrip.* 30. *vel* 40. *annor.*

103 Amplia concluſionem ✝ vt ſi famulus deſerat dominum, & exinde ſtatim reddeat, & tandem recedat per multum tempus, vtique quinquennium, vel annus enumeratur ab vltimo, & non à priori receſſu; nec enim receſſiſſe cenſetur qui ſtatim redijt *l.* 3. §. *cum igitur vbi gloſ. & DD. ff. de vi & vi armat. l.* 3. *ff. de diuort.* ibi (*non prius ratum eſt, quàm perſeuerantia apparuerit iudicium animi fuiſſe*) *l. quidquid in calore ff. de reg. Iur.* cuius verba formalia fuerunt deſumpta *à d. l.* 3. *vt not.* ibi *Cagnol. nouiſſimè Giurb. ad conſuetud. Meſſan. ca.* 2. *gloſ.* 15. *n.* 3. *Duen. reg.* 306. *lim.*

104 4. loquens de ſtatuto noſtro perſimili. ✝ Dicitur autem incontinenti redire ſi infra breue tempus redeat arbitrio iudicis *gloſ. fin. in* §. *fin. vbi Aret. Inſt. de inutil. ſtipul. Port. in* §. *omnis ſtipulatio nu.* 5. qui teſtatur de comuni opinione approbata, & ibi *Aret. nu.* 1. *Silueſt. in addit. ad gloſ. verb. confeſtim Inſt. de* Inutil. *ſtipulatio. Cum. in cap.* 17. *ritus nu.* 93. *&* 94. *Excob. de ratiocin. cap.* 31. *nu.* 24. *Giurb. ad conſuet. Meſſ. d. cap.* 2. *gloſſ.* 15. *nu.* 2.

105 Quarto decimo petendum cenſui, ✝ qui preſtitit ſeruitia perſonalia, elapſo tempore ſtatuti noſtri mercedem petere nequit; an tempore elap

ſo

ſo tempore ſtatuti noſtri mercedem petere nequit; an tempore elapſo poſsit vti retentione? Reſpondetur affirmatiuè, & ita reſpondet *Duen. reg.* 306.*limit.*12. Probatur primo, ex ſtatuto noſtro non cenſetur excluſa exceptio vt ſupra dixi nu.179. *et ſeq.* ideo nec minus cenſetur excluſa
206 retentio, ✠ quæ exceptione eſt fauorabilior *Milan. deciſ.* 1.*n.*181.*lib.*2.*Craſ.de exceptio. excep.* 16.*n.*20.*& ſeq.in nouiſſima impreſſione Giurb. ad conſuetud.Meſſan.cap.*10.*gloſ.*7.*nu.*7.&alijs penes
207 eos. Confirmatur à ſimili, ✠ legatarius ex teſtamento minus ſolemni, & ſi legatum petere nequeat; illud tamen acceptum poteſt retinere *Capic.deciſ.*89.*n.*1.*Ricc.coll.*191.*Iaſ.in l.nemo poteſt nu.* 76.*ff. de leg.* 1. *Dian.p.* 1. *tract.* 10. *reſol.* 27. *verſ. hinc etiam docent*, plures allegans Theolo
208 gos. ✠ Licet contra confirmationem teneant *Couar. in cap. cum eſſes nu.* 10. *verſ.tertio ex hoc de teſtam. Dian.ſibi contrarius p.* 1. *tract.* 8.*reſol.* 75.*verſ. dico igitur.*

209 Hinc, ✠ & ſi *Duen.* alias aſsignat rationes, & præſertim, quod dolus, dolo; calumnia, calumnia repelli debet, *Gloſ. in capit. cupientes verb.*
210 *malignantium de electio.* ✠ Hinc aduocatus, ſi eius cliens habeat ius in meritis poteſt vti cauillationibus *Addit. ad Bonacurs.in pract. tit. de recuſat verb.* ſub breui loquor, vbi etiam, ſi vtatur

mendacio venialiter peccat *Couar. lib. 1. variar. cap. 2. n. 3.* allegans *Bal.* dicente poſſe vti falſitate *Silueſt. in ſum. verb. aduocatus n. 6. Lecian. lib. 1. tract. crim. cap. 5. num. 18. & lib. 1. cap.*
211 *14. n. 27.* vbi limita in falſitate contra *Bal.* ✠ Quæ concluſio licet vera ſit; tamen ratio non poteſt adaptari ad caſum noſtrum, cum debitor non ſoluendo, & elapſo tempore ſtatuti noſtri, non dicatur dolum, nec calumniam commictere, cum agat rem ſuam ſtatuto permictente *l. nullus ff. de reg. Iur, Oſaſ. deciſ. Pedem. 17. n. 2. Nouar. de grauam. Vaſſall. grauam. 181. num. 22. lib. 2. Roland. conſ. 57. nu. 52. lib. 1. Mut. deciſ. 18. nu. 26. & 27.*

Nec ſimiliter mihi arridet alia ratio, quam adducit *Duen. loc. cit. ſe referens ad regulam* 88.
212 *limit. 5.* ✠ vbi licet rem alienam furari meę æquiualentem, quando rem meam aliter habere non poſſum, propter potentiam aduerſarij, *Gloſ. in cap. ius gentium 1. diſtin. Hippol. de Marſil. Sing. 177. Afflict. in cap. 1. Gloſ. 1. num. 16. de pac. iuram. firman. Duen. d. reg. 88. limit. 5.* Nam, & ſi dicta propoſitio ſit vera, non poteſt adaptari caſui noſtro rationibus proximè adductis.

Decimo quinto non ab re quærendum exi-
213 ſtimaui; ✠ pone, quod ſit elapſum tempus ſtatuti noſtri, & exhinde debitor ſeruitij perſonalis

lis

lis vltima voluntate diſponat, vt omnia, & ſingula eius debita perſoluantur; an heredes teneantur ſoluere mercedem ſeruitij perſonalis? Et reſpondeo negatiuè; eo enim ipſo, quod debitum eſt elidibile vigore noſtri ſtatuti non dicitur amplius debitum *Bart. in l. quibus §. dominus ſeruo ff. de condit. & demonſt. &* ibi *Caſtren. nu. 2. Iaſ. in l. qui Romæ §. dico fraſtres nu. 64. ff. de verb. obligat.*

214 Hinc ✝ incuria fortè impreſſoris *Mut. in cap. 57. Regis Martini num. 127. & 128. tomo 3.* aſſerit teneri hæredes ad ſoluendum debitum præſcriptum, ſtante præcepto teſtatoris de ſoluendis eius debitis; nam inter cæteros allegat *DD. & Bart. in d. l. de quibus §. dominus ſeruo*, qui
215 tamen ſtant pro noſtra ſententia; ✝ quæ probatur primo: nam & si debitum præſcriptum remaneat debitum naturale, prout ex *Bart. & Nell. de Sanct. Gemin. tenet Anton. Gabriel. comun. con-*
216 *cluſ. tit. de preſcrip. concluſ. 4. num 22.* ✝ tamen debitum naturale non dicitur propriè debitum. Confirmatur, nam mandatum teſtatoris de ſoluendo refertur ad ſoluendum debitum habens cauſam efficacem *l. ſi is cui §. flauius ff. de ſolut. & liber.* vbi *Bart. & DD.* At vero debitum prędictum non eſt efficax; ideo non venit ſub prædicto teſtatoris præcepto.

Hæc dicas; ſtatutum noſtrum excipit caſum
217 in quo ſalarium debetur vigore contractus, ✝ at vero teſtamentum venit nomine contractus *Gloſ. in l. verba ff. de verb. ſignif.* ideo ſtante præcepto prædicto in teſtamento adiecto, videtur
218 caſus exceptus à noſtro ſtatuto. ✝ Nam reſpondeo, quod nomine contractus non venit teſtamentum *Gloſ. in l. teſtamentum verb. contractus C. de teſtam.* vbi *Apoſtil. ad gloſ.* allegat *Bal. Caſtrenſ. & alios gloſ. in §. ſed neque hæres ſcriptus verb. agi Inſt. de teſtam. Scacc. de Iudic. Cauſar. Ciuil. crimin. & heret. lib. 1. cap. 62. num. 8. & ſeq. Mut. ſuper rit. cap. 114. nu. 25. tex. eſt ad literam in d. l. verba* ibi *verba contraxerunt geſſe-*
219 *runt, non pertinent ad ius teſtandi.* ✝ Nec obſtat *gloſ. ibidem*; nam & ſi teſtamentum veniat nomine contractus; intelligitur impropriè, non autem propriè, & verba noſtri ſtatuti debent intelligi propriè, & non impropriè *l. 3. §. hæc verba ff. de neg. geſt.* Sed obicies, capitulum 78 Regis Caroli, quod loquitur de contractu habet locum in teſtamento, dixi in lectura practicabili §. *nunc admonendi nu. 156. Inſt. quib. alien. lic. vel non.* Reſpondeo, quod illud ſtatutum eſt fauorabile; hoc autem eſt odioſum.

220 Ampliatur concluſio, ✝ vt procedat, ſi teſtator mandauit, vt ſoluantur debita, etiã pro exonera-

neratione eius concientiæ *Caſtren. in d. §. dominus ſeruo in fine* allegans *Bald. & notata in can. fraternitatis 12. quæſt. 2.* Et non immerito; receptiſſima namque concluſio eſt, vt qui ſemel bona fide præſcripſit, completa præſcriptione, ſi ſuperueniat ſcientia rei aliene nō tenetur quis in concientia rem reſtituere *gloſ. in cap. vigilanti verb. notorie, de preſcript. quam ſequuntur ibi comuniter Canoniſte, & preſertim Panor. Goffred. Hoſtren. Ioan. andr. Vgo Innoc. Monach. Bero: Rip. & alij Silueſt. in ſum. verb. preſcriptio. in nu. 13. Tiraq. de cauſ. ceſſan. Limit. 12. num. 16. Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 16. num. 17. Suar. recep ſent. lit. P. nu. 226. Guid. Pap. ſing. 836. Decian. lib. 2. tract. crim. cap. 15. nu. 10. Tolet. in ſum. lib. 5. cap. 28. num. 7. Foller. in prax. cenſual. verb. huiuſmodi nu. 107. Cenc. de cenſib. p. 13. cap. 1. quæſt. 8. art. 1. num. 6. Conuerſ. ad Intrigl. ſing. 51. lib. 2.*

221 Limitatur concluſio, ✝ quoties teſtator nihil aliud deberet, niſi debitum illius ſeruitij perſonalis, & in iſtis terminis procedit *text. in d. §. dominus ſeruo, vt notant DD. ibidem, & preſertim Bart. Iaſ. in d. §. duo fratres num. 64. iſdem Bart. in l. legaui num. 3. in fine ff. de liberat. legat.* intelligens limitationem quoties præceptum teſtatoris indiuidualiter nominaret eum, qui præſtitit ſer-

ſeruitium perſonale, qui ex alio capite non eſſet creditor.

Decimo ſexto quærendum cenſui; creditor mercedis petit ſalarium, debitor excipit de præſumpta ſolutione, ex lapſu temporis ſtatuti; replicat creditor, vt iuret debitor de ſolutione;
222 an iurare teneatur quæritur. ✠ Qua in re affirmatiuè reſpondet *Rodriq. de ann. reddit. lib.* 1. *queſt.* 13. *num.* 16. & 17. allegans pro ſua ſententia *Couar. in reg. poſſeſſor* 2. *p.* §. 11. *numer.* 4. *verſ. tertio infertur Duen. reg.* 306. *limit.* 9.

223 Cęterum ✠ totum oppoſitum tenendum eſſe cenſeo ex infraſcriptis; primo qui habet intentionem fundatam plenè, iuramento deciſorio poſitionibus aduerſarij reſpondere non tenetur *cap.* 2. *de probatio.* vbi *Canoniſt. Rodriq Suar. in l. poſt rem iudicatam* §. *ſed pulchrum dubium ff. de re Iud. num.* 2. *Iaſ. in l.* 3. §. 1. *num.* 8. *ff. de iure iuran. Duen. reg.* 261. *verſ. amplia primo in fine*
224 *Theſaur. dec. Oſaſc. dec.* 10. *n.* 7 *Intrigl. ſing.* 77. *n.* 45. *li.* 3. *Ricc. coll.* 2860. *verſ. declar. quinto.* ✠ Et licet tex. loquatur de actore; tamen æque procedit in reo ſi ſuam fundauit exceptionē *Oinot. Autbor dannatus, ſed ex purgatione permiſſus in* §. *item ſi quis nu.* 91. *Inſt. de actio.* quod enim actori licet, id magis reo concedendum eſt, cum Rei fauorabiliores ſint quam actores *l. fauorabilio*

biliores ff. de reg. iur. & actor, & reus nõ debent ad imparia iudicari, *vt dixi ſupra com.1.in 7.priuileg.*
225 Quæ concluſio ✠ ampliatur, vt quis iurare non teneatur, ſi lapſu temporis habeat intentionem fondatam *Bart. in l. manifeſte ff. de iureiur. Iaſ. in l. 3. §. iurari ſub nu. 8. ff. eod. tex. eſt ad literam in l. in contractibus §. illo videlicet. C. de non numer. pecun.* ibi *vel poſt taxatum tempus elapſum in his nec ius iurandum offerre liceat.*
226 Secundo probatur: nam non deſunt DD. aſſerentes, quod ſi actor non habet præſumptionem pro ſe, non poteſt deferre iuramentum deciſorium conuento *Specul. tit. de iuramen. dilat.* §. 1. *verſ.* ſin autẽ in nihilo omnino probat *Innoc. in cap. ſolet de ſent. excomun. Bal. in l. fin. §. fin. ff. quod met. cauſ. Abb. in cap. 2. in 1. notab. de clandeſt. diſpoſ. Marſil. ſing.* 83. aſſerens menti tenendum, & quod pluries in facti contingentia obtinuit, & practicauit *Socc. conſ. 184. vol. 2. et reg. 205 fallen. 2. Curt. Iunio. l. manifeſte turpitudinis nu. 4. & ſeq. ff. de Iureiuran. Hoſtienſ. in ſum. tit. de Iuram. §. 1. verſ. vel poſſit aliter*, non obſcure probatur *ex cap. fin. §. ſane de iureiuran.* ibi *præſumptione vero faciente pro illo ſcilicet pro actore, reo deferri poteſt ad oſtendendum ſuam Innocentiam iuramentum.* ✠ Et licet contra hanc
227 ſententiam ex pluribus teneat *Paul. Granut. theo-*
rem.

remm. 10. *num.* 1. *& ſeq.* Tamen quid dixiſſent authores citati in caſu quo actor non dum præſumptione careret; ſed haberet præſumptionem contra ſe? certè dixiſſent iuramentũ deuſorium reo non deferendum.

228 Tertio probatur ex alio. ✝ Iuramentũ deciſorum in dubijs, & non in claris defertur *Oſaſch. deciſ.* 10. *& deciſ.* 97. *Ricc. coll.* 1359. at vero in caſu noſtro nulla eſt dubietas, cum ſit caſus deciſus à ſtatuto; ideo non poteſt deferri iuramentum

229 deciſorum. ✝ Cumque in caſu noſtro ex cauſa rationabili debitor recuſat iurare, poſitionibus actoris reſpondere, pro confeſſo non habetur *Caſtil. dec.* 209. *n.* 3.

230 Nec refrangentur. ✝ Authores *a Rodoriq.* citati pro eius ſententia, & primo *Couar. in reg. poſſeſſor in* 2. *p.* §. 11. *num.* 4. *verſ tertio infertur*; nam ſolum habet, quod ex confeſſione præſcribẽtis ꝓbatur mala fides; ſed nõ aſſerit, ꝙ præſcribens poſſit compelli ad iurandum, & poſitionibus actoris reſpondendum; & eodem modo loquitur *Duen. reg.* 306. *limit.* 9. ſolum enim habet quod ſi debitor confiteretur ſe illam ſummam debere eſſet condennandus: at vero non aſſerit compellendum fore ad iurandum, & confitendum; poteſt enim debitor extra iudicium confiteri.

Deci-

231 Decimo ſeptimo quærendum exiſtimo. ✠ Pone, quod aliquis artifex vti præceptor, famulum doceat artem, data mercede ſcutorum quinque pro anno; an ſtatutum noſtrum locum habeat in caſu prædicto? Et reſpondeo affirmatiuè, quandoquidem ſtatutum noſtrum non dum loquitur de ſalario ſeruitij ſeruiliter præſtito; verum quoque cum honore indulto; loquitur enim de aduocato, qui licet ſeruiat, imperando ſeruit: hinc eius præmia honoraria nuncupantur, honoris gratia, qui ei debetur *l.*1. §. *in honorarijs ff. de Var. & extraord. cognit.* quod etiam *ex Bud. & Cicero* non obſcurè adnotauit *Ambrox. Calepin. in verb. honorarium.*

232 Secundo probatur. ✠ *Statutum* noſtrum vtitur nomine artis, ibi *di loro arti*, cuius appellatione venit collectio præceptorum *Ant. Hæbr. in vocab. Iur. verb. Ars*; ideo æque comprehendit ſeruientem, ac præceptorem docentem, & docendo laborantem.

233 Nec refragatur. ✠ *Duen. reg.* 306. *limit.* 11. dicens pragmaticam Hiſpalenſem non comprehendere caſum præceptoris, famulum docentis accepta mercede, nam ipſe benè loquitur in terminis ſui ſtatuti loquentis de ſalario famuli; ideo non debet extendi ad ſalarium domini præceptoris *Bart. & DD. in l.*1 *ff. ſi cert. pet. Bal. in*

rubr. C. de reb. cred. t. At vero ſtatutum noſtrum loquitur ſatis latè, tam de ſalario famuli, artificum, quàm etiam aduocati, & aliarum perſonarum,

234 Amplio iſtam opinionem, + vt diſpoſitio capit. noſtri ęque procedat in ſalario artificis artis mecchanicę; ac in ſalario artificis artis liberalis, quod clarè colligitur ex eius verbis in quibus fit mentio de aduocato, cuius ars non eſt mecchanica, cum inter illas non enumeretur, ſed eſt ars liberalis, cum ſit ſcientia practica latè probaui *in lectura practicabili in rubr. Inſt. quib. alien. vel non quaeſt. 3. & 4.* quibus addo *Ioann. Franch. Ponſinib. de lamijs num. 4. 13. & 16. Bart. in tract. teſtimonio. num. 72.*

235 Nec enim + ſalarium perſoluitur ex docta veritate, cum illa ſit merè ſpiritualis, nec prætio nummario comparabilis; ſed perſoluitur ratione operum præceptoris *ex Rodoan de Simon. p. 1. cap. 4.* notauit *Decian. lib. 5. tract. crim. cap. 79. ſub num. 1.*

236 Illud pro complimento præſentis quæſiti adnotare cenſui, + quod non dum pater, & mater poſſunt filios locare pro adiſcenda arte; verum quoque ipſemet filius familias poteſt ſe obligare pro arte adiſcenda abſque patris, & matris conſenſu *ex Mut. ad conſuetud. Panor. cap. 21. num.*

nu.75.Thor.in compend. deciſ. Neapol. verb ſalarium p. 2. fol. 619. Vrſil. ad Affl. deciſ. 307. n. 4. Ann. ſing. 336. Paſcal. de virib. patr. poteſt. p. 1. cap. 1. num. 23. & cap. 8. num. 29. in nouiſſima editione *Coſt. conſ. 90. num. 30. & ſeq.* Expedit namque reipublicæ, vt his artificibus ſit plena.

237 Decimo octauo quæro; ✝ an exceptio noſtri ſtatuti, ſi non opponitur in primo iudicio, opponi poſſit in ſecundo iudicio? Et reſpondeo affirmatiue, prout reſpondet *Giurb. deciſ. 13. n. 9.* vbi plures DD. allegat, quibus addo *Cap. deciſ. 202. num. 3. Duen. reg. 306. limit.* 10. *in fine*, qui loquitur in terminis ſtatuti, noſtro per ſimilis: nam in ſecundo iudicio non deductum deducam, nec probatum probabo, ſi non fraude, nec dolo ius omiſſum fuerit in primo iudicio *ad text. in l. per hanc C. de tempo. appellan. vn de Giurb. loco cit. num.* 10. ſubdit, quod in ſecũdo iudicio poteſt opponi, ſi nec dolo, nec fraude, & potius errore hæc exceptio in primo iudicio fuerit omiſſa, prout omiſſa eſſe præſumitur.

238 Sed obicies; ✝ beneficium ſtatuti cogentis ad compromictendum, ſi non poſtulatur in primo iudicio, non poteſt peti in iudicio appellationis *Alex. conſ. 70. col. fin. lib. 3. Dec. conſ. 22.*

num. 4. Caſtrenſ. conſ. 320. in princip. vol 1. Maran. in ſpecul. p. 6. act. 2. num. 31. Piſanel. ad pragmat. Neap. odia verſ. ad hanc ſanctionem circa princip. de cauſ. comprom. inter perſo. coniun. Duen. reg. 36. limit. 14. Marſ. ſing. 467. ante medium Iaſ. in l. ita demum num. 12. & 13. C. de procurato. Vrſil. ad Affl. deciſ. 185. num. 2. & in terminis cap. 85. Regis Caroli Intrigl. ſing. 192. lib. 2. Burg. de Laudim. p. 3. inſpect. 24. num. 20. ideo videtur dicendum, quod beneficium ſtatuti noſtri non poſſit opponi in ſecundo iudicio.

Reſpondeo, eſſe maximam diuerſitatis rationem inter ſtatutum noſtrum, & ſtatutum cogẽs ad compromictendum: nam ex ſtatuto noſtro oritur exceptio peremptoria perimens totum
239 negotium, ✠ quæ poteſt opponi tam in primo quam in ſecundo iudicio §. *appellantur Inſt. de except.*

240 At vero ſtatutum cogens ad compromictendum, ✠ cum pariat exceptionem declinatoriam *Bald. in authen. habita §. verum verſ. quarto quæritur C. ne fil. pro patr. Affl. deciſ. 185. num. 1. &*
241 *2. Capua in d. pragm. Neapolit. odia num. 6.* ✠ ideo illa exceptio, tamquam declinatoria eſt an-
242 te omnia proponenda, *l. fin. C de except.* ✠ & ob id tenent nonnulli DD. quod ſtatuti prædicti cogentis ad compromictendum beneficium

poſt

poſt litis conteſtationem peti non poſſit, inter quos *Lanfranc. de Arbitr. in ult. quæſt. Affl deciſ.* 185. dicens ita deciſum *in Concilio Neapolitano Capua ſuper d. pragm. neapol. odia num. 6. Ricc.*
243 *coll.* 79. ✠ licet alij oppoſitum dicant, aſſerentes poſt litis conteſtationem peti poſſe beneficium dicti ſtatuti inter quos *Vrſil. ad Aff. d. deciſ.* 185. *Capic. deciſ.* 48. *num.* 5. *Burg. de laudim. p.* 3. *in*
244 *ſpect.* 24. *num.* 11. ✠ Sed prior ſententia mihi videtur probabilior, ex quo exceptio declinatoria fori eſt opponenda ante litis conteſtationem *Cum. ſup. rit. cap.* 42. *num.* 10. *Mut ſup. rit. cap.* 137. *num.* 12. videas omnino ad praxim proponendę exceptionis ad litis ingreſſum *Rit.* 137 *Cum. loco cit. num* 71. *Corſet. quæſt. foren.* 16. *p.* 2. *Caſtil. deciſ.* 124. *num.* 13.

245 Decimo nono. ✠ Pone quod fideiuſſor debitoris ſeruitij perſonalis temporis curſu ſtatuti noſtri non dum elapſo ſoluat creditori, & iurium obtineat ceſſionem, elapſo exhinde tempore, conueniat debitorem; an debitor poſſit vti beneficio ſtatuti noſtri contra fideiuſſorem? Reſpondetur negatiuè *Ricc. coll.* 231. *verſ.* inſuper dicendum allegans *Achil. de Craſ. deciſ.* 1. *tit. de præſcript.*

246 Probatur. Solutio illa facta à fideiuſſore interrumpit tempus ſtatuti noſtri, non dum quoad ipſum-

ipſummet fideiuſſorem; verumquoque quo ad ipſummet debitorem *l. fin. C. de duob. reis Nact. conſ. 523. num. 3. 6. 7. & 18. lib. 3. Mut. ſup. rit. cap. 102. in addit. lit. T. Coſt. conſ. 9. num. 10.*
247 *& ſeq.* ✝ Et ſi dicas, interruptio facta ab vno correo obeſt alio correo; ſecus ſi fiat à principali reſpectu fideiuſſoris *Gloſ. notab. in l. cum quis §. ſi quis pro reo la 2. ff. de ſolutio. vbi Bart. Alex. in l. mota rei ff. de verb. oblig. Duen. reg. 6. verſ. plures alias in fine*, loquens in terminis ſtatuti, noſtro per ſimilis; Nam reſpondeo, quod per ſolutionem factam à principali non fit interruptio reſpectu fideiuſſoris; cæterum è contra
248 de fideiuſſore ad principalem fit interruptio, ✝ maximè in caſu noſtro, in quo principalis tenetur indemnem ſeruare fideiuſſorem *cap. 2. & 3. de fideiuſſ. Specul. in tit. de fideiuſſ. §. iuxta poſitionis ordinem num. 2. Sum. Ang. in verb. fideiuſſor num. 15. Silueſt. in ſum. verb. fideiuſſor num. l. ſi mandauero §. ſi fideiuſſor vbi gloſ. ſumptibus ff. mand. l. ſi is, qui negotia ff. eod. Cenc. de cenſib. p. 2. cap. 2. quæſt. 3. art. 3. num. 4. 11. 12. & 23.* vbi ampliat concluſionem, etiam ſi ſeruitio indemnitatis non fuerit promiſſa.

249 Obicies; ✝ Ceſſionarius venit nomine creditoris *Craſ. in prælud. de except. num. 182. in no-*
250 *uiſſima editione*, ✝ Hinc videmus, quod ſi ſtatutum

futuri cogit ad compromiſtendum, prout in Regno capit. 85. Regis Caroli, ſi comprehendit ceſſionarium ſecundum aliquorum opinionem *Bal. in l. ſi poſt diuortium ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 59. num. 4. Marſil. 467. circa finem Vrſil. ad Affl. deciſ. 74. num. 2. Craſ. loco cit. nu. 193. Burg. de laudim. p. 3. inſpect. 24. num. 10. Marſ. Sing.* 335. ideo, ſicut tempus ſtatuti noſtri cucurrit contra principalem creditorē, quoque contra eius ceſsionarium, nempè fideiuſſorē ſoluentem. Huic motiuo reſpondetur, quod ſtante ſolutione non cucurrit tempus antecedens contra principalem creditorem, ex quo
251 fuit interruptum; ideo ceſſat obiectum. ✠ Et vlterius comunior videtur ſententia, vt ſtatutū cogens conſanguineos ad compromiſtendum non comprehendat ceſſionarium conſanguinei *Iaſ. in l. ſi ſic legatum §. ſi quis ita num. 7. ff. de leg. 1. DD. in l. ſi poſt diuortium ff. ſolut. matr. Mut. deciſ. 14. n. 14.* vbi ita ait ſcripſiſſe *ſuper cap. 85. Regis Caroli limit. 11. Affl. deciſ. 74. num. 3. Maran. in ſpecul. p. 6. art. 2. num. 24. & in repet. legis ſi actor num. 30. Alex. in d. l. ſi poſt diuortium in fine Petr. Duen. reg. 36. num. 16. Vrſil. ad Affl. deciſ. 46. num. 15. Iaſ. ſummatim ſequitur Iacob. Anel. de Bott. in addit. ad pragm. Neapol. odia, verſ. & quid ſi aliquid, & verſ. odia circa finem*

Quæ

251 ✠ Quæ opinio limitatur, quoties ceſsio fiat poſt tentatum remedium compromiſſi *tex. eſt notab. in l. ſi poſt diuortium ff. ſolut. matrim. vbi Alex.*
253 *& DD.* ✠ Hinc reijcitur *Iacob. Butrig. in plagius ff. de procur.* quem ſequitur ibi *Alberic. de Roſat. & in 2. p. ſtatut. quæſt. 201. & Bartol. de Capua ſuper d. pragmat. odia num. 5.* vbi quidem clientulus Iacob. Butrig. dum conueniretur à creditore, & dubitaretur, ne ſuccumberet conſuluit *Butrig.* cliens ſuus inueniat vnum coniunctum aduerſarij, quem fecit procuratorem in rem in ſuam, hoc eſt ceſsit rem, & ſuſcepit iudicium animo nouandi, poſtea iſte petit cauſam
254 compromicti, & fuit abſolutus. ✠ Conducunt pro noſtra ſententia ea, quæ dicunt DD. quod ſi fiat ceſsio viduæ, vel alteri miſerabili perſonæ in fraudem nihil ſuffragatur, vt illa eligat priuilegium *legis vnicæ C. quand. Imper. ex pluribus Mut. deciſ. 14. num. 15. & per tot. Affl. in conſtit. ſtatuimus ex num. 25. Cum. rit. cap. 82. nu. 17. cum alijs ſequ.*

255 Sed ſi beneficium ✠ noſtri ſtatuti locum habeat ſi duo ſint rei in ſolidum obligati, quorum vnus tempore ſtatuti perdurante fuit banno ſuppoſitus, an quo ad non bannitum elapſo inde tẽpore ſuffragetur ſtatutum? ad eas *Nell. de bãnit. 2. p. 2. tempo. quæſt. 4.*

Vi-

256 Vigeſimo quærendum putaui, ✠ an creditor ſeruitij perſonalis elapſo tempore ſtatuti noſtri excludatur, tam ab actione perſonali, quam etiam reali? Et reſpondeo ab vtraque excludi; quandoquidem ſolutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio, ſiue re, ſiue alio quouis modo §.1. *Inſt. de oblig. vbi gloſ. in verb. om-*
257 *nis, & DD.* ✠ Et ſublata obligatione, tollitur actio, quæ ab obligatione tamquam ab origine, & matre procedit *DD. in leg. 1. ff. de verb. obligat*; at vero ſtatutum noſtrum præſumit ſolutionem ex lapſu temporis; ideo ex ſtatuto noſtro tollitur tam actio perſonalis, quam realis.

258 Sed obicies primo; ✠ *ex Duen. reg.6.limit. 1. & reg. 306. limit. 3.* dicens, quod pragmatica Hiſpalenſis noſtro ſtatuto per ſimilis non tollit actionem realem allegans ad hoc *Iaſ. in princip. Inſt. de actio. num. 109. Petr. de Rauen. in ſuo Alphab. verb. ſtatutum verſ. in ſtatutis verba propria Roman. conſ. 201. num. 3. Curt. Senio.*
259 *conſ. 66. num. 8.* ✠ Reſpondeo, quod opinio *Duen* rectè procedit in terminis pragmaticæ Hiſpalenſis; quæ loquitur tantum de præſcribenda actione perſonali, vt notat *Duen. de reg. 6. limit* 1. ideo non eſt extendenda ad actionem realem, ex quo eſt ſtatutum odioſum, vt latius ſcripſi *comen. 1. quæſt. 3. in fine*; At vero ſtatutum

Digitized by Google

noſtrum generaliter loquitur, ✝ indiffinitè, excludens creditorem à petitione mercedis, & ſic ſtatutum noſtrum in hoc eſt ſatis diuerſum à pragmatica hiſpalenſi.

250 Obicies ſecundo, ✝ legata generali liberatione non cenſetur legata liberatio actionis realis, hoc eſt reuendicatoriæ *l. Aurelius* §. *menia ubi gloſ. in verb. pupillæ Bart & alij DD. ff. de liberato leg.* ideo eodem modo in caſu noſtro, conceſſa liberatione debitori mercedis ex lapſu tēporis, non cenſetur conceſſa liberatio actionis

261 realis. ✝ Reſpondetur, quod legata liberatione, non cenſetur legata actionis realis liberatio; in dubio; ſecus autem in claris, prout in caſu noſtro, in quo præſumitur facta ſolutio, qua tollitur omnis actio tam perſonalis, quam realis.

262 Vigeſimo primo quæro; ✝ an admictatur probatio in contrarium aduerſus præſumptam ſolutionem à ſtatuto noſtro inductam? Et reſpōdeo regulariter negatiuè: nam licet aduerſus præſumptionem iuris admictatur probatio in contrarium, vt ſi ſtatuto caueatur, quod debitor lapſis decem annis liberetur, admictatur probatio in contrarium *Rolan. conſ.* 87. *num.* 8. *lib.* 4. *Bonacoſ com. opinio. crim. verb. ſtatutum*

263 *p.* 1. *Tiraq. de retr. lignag.* §. 4. *gloſ.* 1. *num.* 1. ✝ Tamen aduerſus præſumptionem iuris, & de

iure

iure non admiſtitur probatio incontrarium *l. antique C. ad Velleia. Alciat. de præſumpt. 2. part. num. 4. Vener. de exam. Epiſcop. lib. 8. cap. 25. num. 8. optime Sanc. de matrim. lib. 7. diſput. 37.*
264 *concluſ. 3.* ✠ Et præſumptio ſtatuti noſtri eſt iuris, & de iure, cum præſumat ſolutionem, & ſuper ea prçſumpta diſponat creditorem excludi à petitione *Alciat. vbi ſup. n. 4.*

265 Limitatur concluſio primo, ✠ quotieſcumque debitor confiteretur ſe debere mercedem; hæc probatio ex partis confeſſione admiſtitur contra præſumptionem ſtatuti noſtri *Alciat. vbi ſup. num. 6. Dilect. de art. teſtan. tit. 11. caut. 8. num. 4. Couar. in cap. poſſeſſor p. 2. relect. §. 11. n. 4. verſ. tertio* infertur loquens de ſtatuto noſtro per ſimili *Duen. reg. 306. limit. 9.* qui loquitur de ſtatuto noſtro non diſſimili *Intrigl. conſ. 6. n. 34. ex Maſcard. concluſ. 251. numero 11. ſocc. regul. 314.*

266 Sublimita concluſionem, ✠ in criminalibus, ſtante enim ſtatuto, quod elapſo aliquo tempore iudex non poſſit inquirere de delicto, termino decurſo; ſi reus delictum confiteatur inquiri non poteſt *Burg. de mod. proceden. ex abrup. queſt. 18. num. 45.* allegans *Cartar. & Ruginel.*

267 Limitatur ſecundo concluſio, ✠ quãdo creditor ſeruitij perſonalis paſſus eſt oppoſitum

probari; licet enim aduerſus præſumptionem iuris, & de iure non admictatur probatio in cõtrarium; hoc intelligitur parte opponente; ſecus autem ſi non opponat ex quo cenſetur renuntiare fauori ſuo *DD. in cap. cum delicta de reſcript. Innoc. in cap. fraternitatis de frigid. & malef. Iaſ. in l. patre furioſo ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. Alex. conſ. 77. col. vlt. uol. 2. Roman. conſ. 215. num. 5. Alciat. vbi ſup. n. 10. vbi Ioan. Anelet. in addit. Mut. ſup. cap. 54. Regis Federici num.* 13. vbi plures allegat.

268 Nec refragatur dicere, ✠ quod præſumptio ſtatuti non admictit probationem in contrarium, & probatum contra eam non releuat *Bald. conſ. 382. num. 19. lib. 5. Mut. ad cap. 123. ritus in addit. litter. S. & ſuper pragmat. tit. 73. num. 16.* nam præcitati DD. intelligendi ſunt, vt probatio aduerſus præſumptionem iuris, & de iure releuet, ſi à parte non opponatur; at vero ſecus eſt ſi opponatur.

269 Limitatur tertio, ✠ vt poſſit oppoſitum probari per teſtes valde legales, & maximæ fidei aduerſus præſumptionem iuris, & de iure ſtatuti noſtri *ex Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 63 num. 64 Mut. ſuper bull num. 192. tom. 5. capit. Regni*, ſubdens ita vidiſſe in cauſa Donnę Eumiliæ de Septimo cum Marchione Iarratane in Re-

Regia Curia Feliciſſimæ Vrbis *Panormi* anno 1623 idipſum repetit tit. 4. num. 68. ad pragmatica Regni.

270 Limitatur quarto ✝ vt indirectè admictatur probatio aduerſus præſumptionem iuris, ✝ de iure ſtatuti noſtri; vt puta, quod deficiat qualitas ſtatuti lapſus temporis *gloſ.in clemen.1.verb. feciſſe narramus de probatio. Alex. in l. à diuo pio §. ſi pignora ff. de re iudic. Aret. in §. plane Inſt. de milit. teſtam. Bart. in l. diuus ff. eod. Alciat. loco cit. num. 13. vbi Ioan. Nicol. in addit.*

271 Limitatur quinto, ✝ vt aduerſus præſumptionem ſtatuti noſtri, quæ eſt iuris,& de iure admictatur reſtitutio in integrum ſi iuxta ſubſit cauſa *Bart. Alex. & cæteri DD. in l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verbo. obligat. Alciat. loco citat. num.* 19. faciunt quæ, Deo dante, dicam proximo quæſito, *Sanc. de matrimon. lib. 7. diſput. 37. concluſ.* 4.

272 Vigeſimo ſecundo quærendum eſt; ✝ an diſpoſitio ſtatuti noſtri procedat contra creditorē mercedis, qui petere fuit impeditus? Et reſpondeo negatiuè; vbicumque enim non eſt negligentia, ibi non debet eſſe omiſſionis pena *Bald. in authen. niſi tricennali in princip. C. de bon. mater. Iaſ conſ. 35. col. 2. vol. 1. Alex. conſil. 65. num. 5. lib. 6. Tiraq. de retract. conuentio. §. 1.*

gloſ.

gloſ. 2. num. 56. & 57. Cenc. de cenſib. p. 2. cap. 2. quæſt. 5. articul. 9. num. 50. & 56. p. 3. capit. 1. quæſt. 8. articul. 1. num. 9. & 10. Duen. reg. 306. limit. 1. loquens in terminis pragmatice Hiſpalenſis, noſtro per ſimilis ſtatuto *ex tex. in capit. cum ipſa de electio. lib. 6.* ibi *annus, &c. tibi non currit ſi promoueri, iuxto impedimento detemptus intra tempus huiuſmodi nequiuiſti l. fin. C. ad l. Iul. de adulter.* ibi *niſi per culpam eius maritus prohibitus fuerit cauſam adulterij tempore videlicet imminente exercere, & ſupra; & facultatem maritus, probationes adulteris per eos præſtare.*

273 Hinc videmus, ✠ quod inſtantia etiam ſtatutaria non currit impedito legitimo impedimento *Panor. in cap. cum ſicut num. fin. de eo, qui miſit. in poſſeſſ. Affl. in conſtit. Regni cauſas tit. qualit. Inſtitut. ſe gerer. deb. in prouinc. ſib. decret. num. 6. Catald. de ſindic. num. 44. & 49. Amod. de ſind. num. 74. Pariſ. de Put. de ſind. §. negligentia cap. 1. num. 6. & 7. Farinat. quæſt. 99. num. 434. Marſil. ſing. 263. Aſin. in prax. iudicio. §. 2. capit. 11. num. 12. Flam. Cartar. deciſ. genuæ 121. num. 9. Iuliu. Cartar. deciſ. crim. 48. num. 7. Maſtril. deciſ. 185. num. 1. & 2. & de magiſtr. lib. 6. cap. 10. num. 134. Caſtil. deciſ. 44. in addit. Cum. ſupr. rit. cap. 78. num. 64. Mut. ſup. rit. cap. 111. nu. 9.*

Li-

274 Limitatur concluſio, † quotieſcumque Impeditus potuit ſubmouere impedimentum; & non curauit illud remouere; tunc enim tempus ſtatuti noſtri currit, ex quo illud impedimentũ non habetur pro legitimo *cap. ex transmiſſa vbi Felin. de præſcript. ex Decian. conſ.* 18. *num.* 19. *lib.* 1. *Cenc. loco cit. num.* 51. *Aſin. vbi ſup. num.* 14. *Caſtil. d. deciſ.* 44. *num.* 2. *&* *deciſ.* 47. *num.* 4. *Maſtril. d. deciſ.* 185. *num.* 3. *&* *deciſ.* 274. *numer.* 33.

275 Sed impeditus, † legitimo impedimento nõ tenetur proteſtari de eo, nec contra eum currit tempus ſtatuti, maximè ſi impedimentum eſt notorium *Rimin. Iunio. conſ.* 339. *num.* 157. *Cenc. d. articul.* 9. *Maſtril. d. deciſ.* 185. *nu.* 7.

276 Vigeſimo tertio quæro, † an ſi debitor ſeruitij perſonalis, tempore ſtatuti noſtri non dum elapſo ſoluat partem debiti interrumpat tempus dicti ſtatuti? Et reſpondeo affirmatiuè; ſolutione enim partis interrumpitur præſcriptio *Gloſ. in l. cum notiſſimi* §. *fin. verb. per ſingulos in fine C. de nonnumer. pecun. Salic. in l. cum fidem col.* 1. *C. eod. Foller. de cenſib. verbo.* huiuſmodi cenſus *num.* 106. *Coſt. conſ.* 9. *num.* 10. *Maſtril. deciſ.* 30. *num.* 8. *&* 9. *Mut. ſup. rit. cap.* 102. *nu.* 29. *vide Bal. ſubtiliter differentem in pract. tit. de ſtatut. quæſt.* 25. *eſt tex. in d. l. cum notiſſimi* §.

imo

imo, & illud vbi ex debiti agnitione interrumpitur præſcriptio facit *tex. in l. ſi ſtillicidij §. his ff. quemadmod. ſeruit. amiſt.* ibi *is qui per partem itineris it totum ius vſurpare videtur*, adeſt pragmatica Eccellentiſ Comitis Caſtri olim huius Sicilię Regni meritiſſimi Proregis § 21. ibi *cil detto decennio s'intenda interrutto, e perpetuato ad altro decennio, adimpleta l'exequutione in totum ſiue in partem, Tiraquel de iudic. in reb. exig. verſ. trigeſimo tertio* vbi etiam ſi ſolutio eſſet vnius nummi.

277 Bene verum, quod iſta concluſio limitatur, ✠ quotieſcumque ſolutio partis non fierit vti de parte, ſed vti de toto; tunc enim non interrumpitur tempus ſtatuti noſtri ex dicta ſolutione, ex quo non agnoſcitur totum debitum *Salic. in d. l. cum fidem Foller. loco citat.* & ita intelligendum arbitror *Cenc. de cenſib. p. 3. cap. 1. quæſt.* 8. *nu. 5* cum Doctor ſit intelligendus iuxta allegata, & ipſe inter cæteros allegat *Foller.*

278 Vigeſimo quarto quærendum exiſtimo; an tempus ſtatuti noſtri interrumpatur ex petitione extra iudiciali mercedis? Et reſpondeo negatiua: nam capit. noſtrum vtitur illis verbis

279 *non hauerannno domandato*, ✠ peti autem non dicitur, niſi iudicialiter interpelletur *l. amplius ff. de petit. hæred. Hieron. Iorlan. infra citandus quæſt.*

280 *quaeſt.* 27. ✝ Probatur, odioſa præſcriptio interrumpitur per citationem,& iudicialem interpellationem *gloſ. in d. l. cum notiſſimi verb. ſolam. C. de præſcriptio.* 30. *anno*. At vero præſumptio noſtri ſtatuti,quæ aſſimilatur præſcriptioni eſt odioſa, cum præſcriptio ſtatutaria ſuccedat in locum præſcriptionis 30. vel 40. annorum vt dixi *ſupr. coment. 1. quaeſt.* 3. ideo præſumptio prædicta non interrumpitur, niſi per iudicialem petitionem, & non extra iudicialem.

Intellige quoad perimendam actionem creditoris, vt in foro fori non poſſit debitorem amplius conuenire. Secus quoad non inducendam malam fidem ita vt debitor in foro poli, & concientiæ non amplius teneatur, etenim etiam per extra iudicialem, & ſimplicem interpellationem dicitur in mala fide conſtitutus, & poſt mille annos ſoluere tenetur, vt reſoluimus diſtinguendo *ſupra numero* 701. *commentar*. 1.

Vigeſimo quinto quæro; an litis conteſtatione facta per creditorem mercedis interrum-
281 patur tempus ſtatuti noſtri? ✝ Et Reſpondeo affirmatiuè; litis enim conteſtatione perpetuatur actio *l. nam & poteſta* §. *ſi is, qui temporale, & l. fin. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum in* §. *penales numer.* 103. *Inſtitut. de actio. Ioann. de*

 Imol.

Imol. in l. ſeruum §. ſequitur ff. de verb. obligatio. Cum. ad rit. capitul. 40. *num.* 255. allegans *Petr. de Gregor. conſil.* 8. *Mut. ſuper capitul.* 57. *Regis Martini num.* 70. *Duen. regul.* 6. *verſ. plures alias limitationes, & regul.* 306. *limitat.* 5. loquens in terminis pragmaticę hiſpalenſis, noſtro ſtatuto perſimilis.

282 Amplia concluſionem, ✝ etiam ſi lis fuerit conteſtata animo non proſequendi cauſam *Mut. vbi ſup. num.* 70. *&* 71.

283 Amplia ſecundo concluſionem, ✝ vt per ſolam citationem interrumpatur tempus ſtatuti noſtri tex. eſt *in cap. propoſuiſti de for compet. vbi Ioann. Andr. Ang. in l. ad peremptorium ff. de Iudic. Bart. in l. ex dicto col.* 1. *& ibi Alex. col.* 5. *ff. de eo per quem fact. eſt, Bart. in l. accuſaturus vbi Alex. ff. de adulter. Marſil. ſingul.* 291. *Mut. ad capitul. Regis Martini* 57. *num.* 68. *& ſuper acpitul. ritus* 102. *numero* 28. ſubdens dummodo ſit incuſata contumacia, & allegat *Bonior. in capitul. ritus* 111. *in addit. littera R. Cum. ſup. ritus capitul.* 40. *numero* 254. vbi ſubdit dummodo citatio redigatur in ſcriptis, & incuſetur contumacia.

284 Limitatur autem iſthæc ampliatio multis modis, ✝ & primo, quoties citatio à principio fuiſſet nulla; quia tunc ſicut non interrumpit prę-
ſcrip-

ſcriptionem, ita nec tempus ſtatuti noſtri *ad tex. in capitul. bone il 2. de electio. Bart. in d. accuſaturus, & in Autten. offeratur circa finem l, vbi Bald. C. de litter. conteſt. Hippol. de Marſil. d. ſing.291. Vant. de nullit. ex defect. citatio. nu. 24. & titul. quot. & infra quod tempus, numero 29. Firmianus in ſua repertor. verb. citationis effectus verſicul. nono Cum. in capitul. ritus 37. numero 23.* allegat *tex. in l. pater C. de ſtat. defunct. gloſ. in cap. vt debitus de appell.*

285 Limitatur ſecundo, ✝ non dum ſi à principio citatio fuerit nulla; verum etiam ſi ex poſt facto fuerit circumducta, vt puta ſi ſuper ea non fuerit incuſata contumacia *Bal. in l. fin. ff. de eo per quem fact. erit, & in d. authen. offeratur* Hippol. *de Marſil. d. ſing. 291. Mut. ſuper capitulo 57. Regis Martini num.76 & 79.*

Limitatur tertio (& hæc limitatio dependet
286 à priori) ✝ quoties citaretur minor abſque debita authoritate in iudicio; tunc enim per citationem prædictam lis non diceretur pendere, nec interrumpitur præſcriptio *Bal.in d. l. fin. Franc. in cap. vt debitus col.5. verſ. tertia concluſio de appell. Marſil. d. ſing. 291.*

287 Vigeſimo ſexto quæro, ✝ quomodo computetur annus à ſtatuto noſtro præfixus? Qua in re in antiquis manuſcriptis doctiſſimorum

Digitized by Google

iuriſconſultorum pænes Octauium Abbruzzo, felicis recordationis eruditiſſimum cauſarum patronum, & virum vndequaque ſolertiſſimum dulciſſimum Genitorem meum inueni infraſcriptum conſilium manuſcriptum Hieronimi de Iorlando Authoris non infimę conditionis, qui ſcripſit typiſque mandauit libellum de ſindicatu; cuius tenor talis eſt. Altiſſimi poſtulato præſidio, viſo themate ſupra poſito ad me tranſmiſſo, licet cauſa ſit tenuis; puntus tamen eſt pulcherrimus, & iudicio meo per iſtas partes non intellectus, & ideo arguam pro vtraque parte, & veniam ad veram articuli deciſionem, iuxta uires ingenioli mei: & primo pro parte dictorum tutorum poſſet allegari, quod non eſt interrupta præſcriptio per ſimultaneam loquutionem, vel extra iudicialem interpella-
288 tionem verborum factam: ✝. nam præſcriptio alia eſt merè fauorabilis in qua nulla conſideratur negligentia non petentis, ſicut vſucapio per triennium, ad quam interrumpendam non ſufficit citatio vel litis conteſtatio, ſed requiritur ſententia *l. ſi poſt acceptum ff. de rei vendit & ibi not.* Alia vero eſt merè odioſa, qua tantummodo conſideratur negligentia non petentis. Vt eſt præſcriptio 30. annorum, quæ ſola citatione interrumpitur; quia ſola miſſione nuncij ceſſat

ne-

negligentia *l.cum notiſſimi vbi Bart. & DD. C. de præſcriptio. 30. annorum.* Reliqua vero præſcriptio mixta inducta tam fauore præſcribentis, quam negligentia non petentis, videlicet decem annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes; & interrumpitur per litis conteſtationem, quia in ea eligitur media via *l. more C. de reiuend. Bart. in l. 2. §. fin. ff. pro empto. Iaſ. in §. fin. col. penul. Inſt. de actio.*

Quibus ſtantibus, ſiue dicamus, quod præſcriptio inducta per capitul. Regni ſit fauorabilis, ſiue odioſa, ſiue mixta; omnifariam requiritur ſaltem citatio, & non ſufficit extra iudi-
289 cialis interpellatio à parte parti ✠ & ideo non debuit admicti iuramentum, quod admiſſum non releuat arg. *l. hæc ſtipulatio §. diuus ff. vt legator. nomin. cauea.*

Nec obſtant verba dicti capituli, ibi *non haueranno domandato la raxuni di tali ſeruimenti*; vnde videtur innuere, quod ſufficit ſola petitio,
290 ✠ quia petitor dicitur, qui litem conteſtatus fuerit *l. amplius ff. rem rat. hab. l. ſi bone fidei §. pe-*
291 *titor ff. de petit. hæred.* ✠ & quatenus diceretur, quod iſta eſt præſcriptio ſtatutaria, non refert; quia etiam ad interrumpendam præſcriptionem ſtatutariam requiritur citatio, ita *Bart. in l. in omnibus ff. de . . . . . . & in l. 2. §. ſi rem ff.*

pro emptor. & ibi Ang. Bal. in l. ſi in principio ff. de eo per quem fact. erit Ang. in l. ſicut C. de præſcriptio. 30. annor. ex quibus clariſſimi iuris apparet, quod non poterat deferri dictum iuramentum, & quatenus fuit delatum nihil operatur.

292 Ex parte vero dicti Aromatarij, licet in proceſſu non ſit dictum, ✠ nihilominus benè poſſet dictis obiectis reſponderi, quod præſcriptio poſt lapſum anni numerandi à die mortis non eſt inducta per capitul. Regni, ſi benè perpendatur dictum capitul. licet aliqui Cauſidici parum conſiderantes credant, quod ſic; imo dictus caſus de lapſu anni à die mortis eſt per dictum capitulum omiſſus, quo caſu remanet in diſpoſitione iuris comunis *l. comidiſſime ff. de liber. & poſthum. l. ſi extraneus ff. de condit. cauſ. dat.* Cumque enim de iure comuni ex iſta præſcriptione medelarum inducatur cõtractus emptionis, & venditionis ex quo oritur actio perſonalis *l. obligationum ſubſtantia ff. de actio. & obligat.* & quelibet actio perſonalis eſt perpetua, & durat ſpatio 30. annorum *l. ſicut, & l. omnes C. de præſcriptio. 30. annor. Inſtitut. de perpet. & temporal. actio. in princip. & per capit. Regni incipiens Continuo alla noſtra audientia, &* ibi *per dominum Gugliel. de Perno*; certum eſt, quod nihil

hil eſt dicere de præſcriptione prædicta, & iſta ſunt iudicio meo veriſſima; ex quibus videtur pleniſſimè reſponſum ad omnia quæſita.

Sed his obſtantibus ex alio capite puto poſſe obtinere dictos tutores, ex eo quia, ex ſumptura, & liſta medelarum adducta per dictum Aromatarium apparet, quod medelæ fuerunt præſtitæ in anno X. XII. XIII. & XIV. indictionis & anno xv. Indictionis nihil fuit præſtitum; & licet poſtea in anno primæ, & ſecundę Indictionis, vſque ad diem 6. menſis Ottobris 2. Indictionis, fuiſſent pręſtitę aliquę medelę; nihilominus à dicto 6. Ottobris, vſque ad 24. diem menſis Auguſti 3. Indictionis 1543. quo die fuit conditum teſtamentum per ipſum quondam Magiſtrum Saluatorem, elapſus eſt annus, & vltra; quo caſu clariſſimè iudicio meo videtur, quod profuit inducta præſcriptio; & iſte eſt primus caſus dicti capit. Regni, ex quo præſumit in vita eſſe ſolutum, niſi contrarium appareat ex aliquo inſtrumento publico; & iſta exceptio
293 admictitur per dictum capit. ✠ quia præſumptio cedit probationi *l. optimam C. de contrahen. & comment. ſtipul.*

Quibus ſtantibus non oportet ingredi ad dicendum de alia præſcriptione inducta propter lapſum anni à die mortis, pro ut in the-

mate

mate proponitur; quia ſi ita eſſet caſus, & non eſſet inducta præſcriptio per lapſum anni in vita ipſius Magiſtri Saluatoris, & res haberet maiorem dubitationem, & oporteret diſcuti nuncquid debeant peti infra annum à die mortis, in quo caſu non videtur loqui capit. Regni; ſed quia res eſt clara, quia vixit per annum poſt debitum in dicto caſu indiſtincte loquitur dictum cap. ſi bene conſiderentur verba ipſius,
294 ✠ ibi *li quali in vita di quello hanno ſeruuto, hauendo campato ad minus poi di detto debito per anno vno*. Vnde euidenter apparet de lapſu anni, & per conſequens de præſcriptione prædicta. Sum in voto, quod non ſit bene iudicatum, & quod bene fuit appellatum; & ideo conſulo, quod dicti tutores habeant proſequi dictam appellationem, quia omnimodo obtinebunt, & ita ſentio, ſalno ſemper maiorum ſententia, cui me remicto.

Hieronimus de Iorlando Doctorum minimus.

295 Vnde ex prædictis notatur primo, ✠ quod annus non currit à die mortis debitoris vt bene aduertit *Iorlan. vbi ſupra*, & ſunt ſatis aperta verba tex. noſtri, ibi *li quali in vita di quello, à cui haueranno ſeruito hauendo campato ad minus poi del debito per vn'anno; non hauendo doman-*

da

dato la raggione di tali ſeruimento, che s'intenda, & preſuma eſſere ſatisfatto, e pagato. Hinc reicitur opinio Ramundi de Ramundetta, dicentis annum computari à die mortis debitoris, cuius rubrica cum fuerit confecta ab eo non habente facultatem legis condēdæ non habet vim legis vt notaui *in lect. pract. in rubr. Inst. quibus alien. lic. vel non num. 46. & 47.*

296 Secundum aduertendum cenſui, ✠ dupplicem caſum fuiſſe prouiſum à noſtro ſtatuto; primus eſt, ſi debitor poſt ſeruitium præſtitum, anno ſuperuixerit, nulla facta petitione, creditor non poteſt exhinde petere ſalarium ab hæredibus debitoris. ✠ *Secundus caſus eſt*, ſi debi-
297 tor vixerit per quinquennium expletum, & ipſe creditor quoque vixerit eodem temporis curſu, & in hoc caſu quoque præſumitur facta ſolutio; & hic caſus quoque exſtat prouiſus. ✠ Ter-
298 tius caſus eſt, ſi debitor vltra annum à die finiti ſeruitij vixerit, & tamen creditor deceſſerit an-
299 te annum. ✠ Quartus caſus eſt, quando debitor longiſſimo tempore vltra quinquennium vixerit, & creditor decederet ante quinquennium; iſti duo caſus non videntur prouiſi à ſtatuto; & ob id remanent in diſpoſitione iuris comunis *l. comodiſſime ff. de lib. & poſthum. l. ſi extraneus*
300 *ff. de condit. cauſ. dat. Iorlan. vbi ſupra.* ✠ Illud au-

autem, quod habet *Iorland. vbi ſupra*, quod in iſtis caſibus à ſtatuto non prouiſis requiritur præſcriptio 30. annorum probare nequeo, ex quo ſuppoſitis requiſitis, ſufficit vſucapio triennalis, cum ſicut triennio res mobilis præſcribitur; ita quoque actio ad rem mobilem, *vt dixi Coment. 1. erga finem primi quæſiti*. Vnde hæc omnia cenſuræ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ remicto, & ſi fortè, quod abſit, quod à me non eſt intentum in hoc opuſculo, vel alio noſtro quouis opere aliquid reperiretur, quod non ſit ſecundum ſenſum, & mentem dictæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ; illud pro non dicto, & pro non ſcripto haberi volo.

FINIS

Laus Deo, Beatæ Mariæ Virgini, Sanctoque Laurentio Martiri, ac Sancto Benedicto Abbate, cuius hodie feſtum colimus.

Digitized by Google

ERRORES CORRIGE, ET LEGGE.

FOl.3.lin.11.hec, nec

fol 17.	lin. 18.	erempta, perempta
fol. 23.	lin. 7.	hec, nec
fol. 28.	lin. 14.	amictitur, non amictitur
fol. 59.	lin. 4.	N, Clerus
fol. 61.	lin. 15.	in punto, dele in punto
fol. 68.	lin. 14.	ſexto, quarto
fol. 68.	lin. 15.	amechionali, a Mediolani
fol. 69.	lin. vlt.	creditoris, conditoris
fol. 72.	lin. 26.	limitationem, ampliationem
fol. 72.	lin. vlt.	80, 76.
fol. 73.	lin. 2.	limitatio, ſublimitatio
fol 107.	lin. 1.	preſidentes, reſidentes
fol. 109.	lin. 21.	Ritulis, titulis
fol 156.	lin. 1.	quam, antequam
fol. 173.	lin. 20.	vtem, numero
fol 176.	lin. 2.	Inſtit. *Iuſt.*
fol. 176.	lin. 3.	*I*nſt. Iuſt.
fol. 201.	lin. 25.	declauerit, declarauerit
fol 208.	lin. 4.	ſeſſ. 28, ſeſſ. 24.
fol. 211.	lin. 15.	Zolimus, Zoſimus
fol. 236.	lin. 24.	cum pridem, ſupple niſi
fol. 145.	lin. 2.	fauorabilis, fauorabile
fol. 259.	lin. 22.	vel, ſed
fol. 284.	lin. 20.	ſtatum, ſtatutum
fol. 291.	lin. 3.	Duen. ſupple reg. 306.
fol. 296.	lin. 5.	Duen. ſupple reg. 161.
fol. 362.	lin. 15.	bis ſupple deciſum
fol. 314.	lin. 11.	impeditur, impenditur
fol. 316.	lin. 2.	cum, cum
fol. 317.	lin. vlt.	fuit ſupple, & ita
fol. 318.	lin. 1.	Cauſtri, Caſtri
fol. 319.	lin. penult.	ipſe, ipſo
fol 325.	lin. 2.	tit. dicta
fol. 329.	lin. 13.	non multi, nonnulli
fol. eod.	lin. 21.	periurii ſupple quod
fol. 334.	lin. 2.	dicente, dicentem
fol 340.	lin. 4.	deuſorium, deciſorium

Digitized by Google

INDEX
GENERALIS.

Abbas eſſe non poteſt non profeſſus coment. 1 *.n.* 383.
Abbas, & ſi preeſt, adhuc ſeruit nu. 384.
Accuſari nequeunt famuli a dominis, niſi prius ſoluta vel depoſita mercede coment. 1 *. nu.* 53.
Ampliatur in operarijs ad diem conductis num. 54. *&* 55.
Limitatur, quando accuſatio eſſet concreta, & propoſita per viros fide dignos nu. 56.
Limitatur ſecundo, vt mercedis ſolutio ex cauſa rationabili differri poſſit nu. 57.
Accuſare non poſſunt infames nu. 478 *.coment.* 1.
Limita in familiari Epiſcopi nu. 479 *& ſeq.*
Aduocatus poteſt habere integrum ſalarium, ſi cliens ſe concordauerit coment. 1 *. nu.* 274.
Limita in palmario nu. 275.
Limitat Silueſt. quando pars ſe concordauit, ex quo lis erat dubia nu. 276. *Oppoſitum tenet Author nu.* 277.

Aduocatus iuran: non ingredi curiam vt clienti ſeruiat iuramentum ſeruare non tenetur coment. 1. nu. 417.

Aduocatus, & Tabellio poſſunt cogi ad exercendum munus ſuum, ſoluto competenti ſalario ſub pena priuationis officij coment. 1. nu. 521. & ſeq.

Aduocatus clientis habentis ius in meritis poteſt vti cauillationibus coment. 2. num. 210.

Aduocati *ſunt exempti à muneribus perſonalibus coment. 1. nu. 642.*

Aduocare qui prohibentur poſſunt aduocare pro ſibi ſeruientibus coment. 1. nu. 643.

Agentet in rebus imperatoris ſunt immunes à ſportularum ſolutione coment. 1. nu. 585.

Alimenta que paterno affetu non traduntur, actione negotiorum geſtorum repeti poſſunt coment. 1. nu. 359.

Amplia etiam ſi non fuerint taxata nu. 360

Limitata, ſi alimentatus preſtitit obſequia alimentanti nu. 361.

Alimenta, & ſi naturaliter debeantur, legitime non debentur ei qui non laborat coment. 1. nu. 411. & 412.

Alphonſus Rex Sicilie nonnulla preſtitit ſeruitia Romane Eccleſie coment. 1. nu. 172. & ſeq.

A muneribus publicis nemo eſt exemptus coment. 1. num. 548. & 575. limita multis modis n. 576 & ſeq.

Ap-

Digitized by Google

Appellatio ſuſpenſiua non competit a ſententia mercedis coment. 1. nu. 51.

Appellatio ſuſpenſiua non datur in exequutiuis coment. 1.nu. 52.

Appellatio a Generali Triremium ſit ad Proregem *coment. 1. nu. 232. & ſeq.*

Appellatur ab Admiratu ad Proregem coment. 1. num. 234.

Appellatio an ſit committenda parte non iſtante coment. nu. 87.

Apoca *non rectè recognoſcitur ex literarum comparatione coment. 2. nu. 122.*

Oppoſitum aliqui tenent nu. 123.

Priorem tenet Author, quam limitat decem & nouem modis a nu. 124. vſque ad nu. 149.

Archiepiſcopus *non cognoſcit in prima inſtantia ſubditum ſuffraganei coment. 1.nu.616.*

Limita de Iniuria notoria illata eius familiari nu. 617.

Armis Regijs nemo vti poteſt coment.nu.461.

Limita in ſignum ſubiectionis nu. 462.

Arma an poſſint deferri a ſatellitibus coment.n.650.

Arma an poſſint deferri a ſeruientibus Baronis coment.1.nu. 651.

Aromatarius preferetur creditoribus anterioribus expreſſam hidpotecam habentibus coment. 1 .nu.32.

Sed an preferatur doti nu. 33. & ſeq. & an hoc

& an hoc procedat in ſalario medicine ultime infirmitatis nu. 36.

Artifices vacant. à muneribus publicis coment. 1. num. 222.

Artifices in noſtro ſtatuto contenti qui nam ſint coment. 2. nu. 1. & 2.

Artis nomine quid nam veniat coment. 2. nu. 233.

Aſſuerus quo honore affecerit Mardocheum coment. 1. nu. 422.

B

Bannitus parte non opponente an poſſit audiri coment. 2. nu. 117. & ſeq.

Baro an poſſit petere adiutorium à Vaſallis ſi eſt captus ab inimicis coment. 1. nu. 649.

Bartolus de ſaxoferrato quibus inſignijs uſus eſt coment. 1. nu. 441.

Bella queſita quibus acquirantur coment. 1. nu. 597. & ſeq.

Bella ſeruientes gaudent priuilegio militari coment. 1. num. 664.

Beneficiali mortuo ſpolium, & ſedis vacantis fructus Apoſtolice Camere incorporantur coment. 1. num. 170.

Limita in Regno Sicilie in Regijs beneficijs ſtante indultu Summi Pontificis nu. 171.

Beneficij fructus diuidi nequeunt coment. 1. nu. 379

Li-

Digitized by Google

Limita in canonico ſupernumerario nu. 380.
Beneficiali pauperi quomodo ſubueniatur coment 1. nu. 48.
Beneficialis an poſſit eſſe minor coment. 1. num. 393.
Beneficio an priuetur ſi beneficialis ad maiores ordines promoueri noluerit coment. 1. nu. 394. & 395.
Beneficialis indignus electus an poſſit habere partem fructuum coment. 1. nu. 396.
Beneficia duo habari non poſſunt coment. 1. nu. 420. & cur nu. 624.
Limita in litteratis qui poſſunt facilè diſpenſari num. 421.
Beneficialis de acquiſitis ex beneficio diſponere nequit coment. 1. nu. 444. & 447.
Limita in cardinalibus ex licētia Papę nu. 445.
Limita, vt poſſit relinquere ſeruienti Eccleſiæ num. 446.
Limita de acquiſitis ex artificio beneficialis n. 448.
Beneficij fructus obtinetur ne eccleſia defraudetur ſeruitio certa pars illorum tribuenda eſt beneficiali coment. 1. nu. 570.
Beneficium vel gratiam obtinens a ſede Apoſtolica pactis, aut promiſſionibus excomunicatur coment. 1. nu. 573.
Limita in promiſſis aduocato, procuratori & tabbellioni nu. 574.
Beneplacitum morte concedentis expirat coment. 1. nu. 79.

Limita in beneplacito nomine dignitatis nu. 81.
Limita in bene placito perſonali, ſi rei perpetue ad iungatur nu. 85.
Limita ſi dicatur quamdiù concedenti placuerit nu. 92.
Beneplacitum nomine Regis an referatur ad perſonam vel officium nu. 83.
Beneplacitum ſub dictione ſuo conceſſum videtur perſonale coment. 1. nu. 82.
Limita ſi ſunt verba tertij quia referuntur ad officium coment. 1. nu. 89.
Bonis cedere nequit obligatus ad ſeruitia perſonalia coment. 1. nu. 37.
Limita intereſſe ſeruitij perſonalis, quod legitimo impedimento preſtari nequit nu. 40.
Bonis cedere nequit debitor ſalarij coment. 1. num. 42. & ſeq.

C

Canonicus ſeruiens Epiſcopo in viſitatione percipit fructus coment. 1. nu. 303.
Amplia in ceteris beneficialibus ſecundum aliquos, ſed ſecundum aliquos non n. 304. & 305.
Canonicus ſupernumerarius non gaudet priuilegijs canonicorum coment. 1. nu. 381.
Canonicorum numerus non eſt minuendus coment. 1. nu. 382.

Ca-

Canoaicus doctor an preferatur canonico non doct ori coment. 1. nu. 338.

Capituli 62. Regis Ferdinandi tenor recenſetur coment. 1. nu. 1.

Capitulum 85. Regis Caroli cogens coniunctos ad comptomictendum comprehendit actorem & conuentum coment. 1. nu. 44.

Capitulum 85. Regis Caroli & ſi fuerit conceſſum benplacito perdurante mortuo conditore non expirauit coment. 1. nu. 84. & ſequ.

Capitula Regni Sicilie ſunt irreuocabilia coment. 1. nu. 203.

Amplia concluſionem, vt nec ſucceſſor Regni poſſit illa reuocare nu. 205.

Limita ex graui & rationabili cauſa num. 206.

Limita quando capitula fuiſſent indulta ſub conditione, vt reuocari poſſint nu. 207.

Declara limitationes iuramento non obſtante, num. 208.

Cap. volentes de priuileg. in 6. non loquitur de regularibus vota eſſentialia profitentibus coment. 1. nu. 192.

Capitulum noſtrum quando fuit confectum coment. 1. num. 718.

Capitulum Eccleſie de conſenſu Epiſcopi poteſt ſtatuere coment. 1. nu. 375.

Limita, vt non poſſit ſtatuere, vt abſens percipiat

piat fructus beneficij num. 376.

Capitula Regni an ligent clericos coment. 2. *nu.* 33. *& ſequ.*

Capitula Regni an ligent Iudeos coment. 2. *nu.* 51. *& ſeq.*

Capit. 85. *Regis Caroli extenditur ad caſus vltra exceptos coment.* 2. *nu.* 178.

Capit. 85. *Regis Caroli beneficium an poſſit opponi in ſecundo Iudicio coment.* 2. *nu.* 238.

Capit. 84. *Regis Caroli beneficium an poſſit opponi poſt litis conteſtationem coment.* 2. *num.* 243. *& ſeq.*

Capit. 85 *Regis Caroli an comprehendat ceſſionarium coment.* 2. *nu.* 250. *& ſeq.*

Captiuitas eſt naturali iuri contraria coment. 1. *num.* 514.

Cardinales in vrbe conferunt beneficia coment. 1. *num.* 287.

Cardinalis abſens fuit depoſitus coment. 1 *nu.* 288.

Cardinalis abſens ab vrbe, epiſcopales titulos vrbis non adipiſcitur coment. 1. *nu.* 289.

Carcerari poteſt qui tenetur ad ſeruitia perſonalia, etiam pro debito ab vncia vna infra coment. 1. *num.* 45.

Cauſa ſeruitij perſonalis eſt ſummaria coment. 1. *num.* 2.

Cauſa ſeruitij perſonalis eſt exequutiua coment. 1. *nu.* 3.

Digitized by Google

Ceſſio an ſit oſtendenda parte non potente coment. 2. nu. 159. & 160.
Ceſſionarius venit nomine creditoris coment. 2. nu. 249.
Collegialis a Iudice collegij eſt cognoſcendus coment. 1. nu. 230.
Collegium regulariter eſt prohibitum coment. 1. nu. 538.
Limita fauore ſeruitij perſonalis ibid. nu. 539.
Concilium Tridentinum ſeſſ. 7. cap. 14. loquitur iuxta terminos cap. volentes de priuileg. in 6. comēt. 1. num. 191.
Conditio contractus in Regno probatur parte incitata coment. 1. nu. 6. & ſeq.
Confeſſarius approbatus bene placito Epiſcopi perdurante mortuo Epiſcopo an poſſit confeſſiones audire coment. 1. nu. 80. & 88.
Confraternitates laicorum an gaudeant fori priuilegio latè coment. 1. nu. 161. & ſequ.
Conſilium ſapientis an ſit preſtandum parte petente coment. 2. nu. 85.
Conſiliarij preferuntur titulatis coment. 1. nu. 334.
Oppoſitum nu. 335.
Secunda opinio limitatur quoties titulati interueniunt vt conſiliarij nu. 336. 341. & 342.
Conſtitutio peruenit eſt nulla coment. 1. num. 174. & 176.

Clericus eſt nobilis coment. 1. *nu.* 318.

Clericus qui Eccleſie ſeruiuit in beneficio prefertur alteri coment. 1.*nu.*605.

Clerici, & ſi preſunt ad huc ſeruiunt coment. 1. *nu.* 377. & 378.

Clericus eximitur a iuriſditione Iudicis ſecularis coment. 1. *nu.*397.

Limita ſi beneficium Eccleſiaſticum non obtineat neque Eccleſie inſeruiat num. 298. *vide num.* 407.

Clericus non habens requiſita concilij gaudet priuilegio canonis ſi quis ſuadente diabolo coment. 1. *num.* 46.

Clericus non habens requiſita concilij gaudet immunitate gabellarum.

Clericus quando concubine donare poſſit ob ſeruitia coment. 1. *nu.* 103. *cum ſeq. coment.* 1. *nu.* 404. & *ſeq.*

Clerici percuſſor cur excomunicetur coment. 1. *num.* 622.

Clericus aduocatus an habeat ſalarium coment. 1. *num.* 623.

Clericus eſſe nequit ſeruus coment. 1. *num.* 265. & *an qui tenetur ad temporale ſeruitium nu.*266.

Clericus non comprehenditur in noſtro ſtatuto coment. 2. *nu.* 24.

Amplia ſi tempus ſtatuti noſtri incepit currere tem-

Digitized by Google

tempore quo erat laicus nu. 25.
Amplia vt nec ipſe poſſit letari ſtatuto noſtro nu. 26. & 27.

Clericus non poteſt cogi ad compromittendum vigore ſtatuti coment. 2. nu. 28. oppoſitum eſt probabilius nu. 29.

Clericus an comprehendatur in ſtatuto diſponente, vt poſſit dici de nullitate infra certum tempus, & non vltra coment. 2. nu. 39. & ſeq.

Clerici percuſſor a ſummo Pontifice *debet abſolui coment. 1. nu. 505. limita num. 506. & ſeq.*

Clericus an comprehendatur in diſpoſitione ritus ſpolij coment. 2. nu. 42. & 43.

Clericus bello incumbere non debet ſub pena lethali nu. 467. coment. 1 limita ſi ſit obſequio magnatum deputatus coment. 1. nu. 468.

Clericus quale ſeruitium preſtare teneatur coment. 1. nu. 399. & ſeq.

Creditor ex cauſa ſuccurſus prefertur domino ſoli coment. 1. nu. 554. & ſeq.
Licet oppoſitum nonnulli teneant nu. 456.

D

Debitum preſcriptum remanet debitum naturale coment. 2. nu. 215.

Debitum naturale non dicitur proprie debitum coment. 2. nu. 216.

Decennium noſtri ritus an comprehendat minores coment. 2.nu.22.& 23.

Decime prediales debentur parocho a monacis co-coment. 1.nu.456.

Limita de predijs que proprijs manibus colunt num. 457.

Sublimita ſi alijs locent, vel ſi acquiſierunt poſſeſſiones ſuper quibus decime ſoluebantur nu. 458.

Denominatio ſit a nobiliori coment. 1.nu.459.

Deus reddit mercedem laborum coment. 1.nu. 389.

Deo perfectius preſtatur obſequium preſcindendo a retributione glorie coment. 1.nu.453.& cum n. 454.

Sed poteſt aliquis ſeruire Deo, vt mercedem glorie conſequatur nu.455.

Dictio perſona comprehendit maſculum & feminam coment. 2. nu. 10.

Dictio in continenti quid ſignificet com. 2. nu.204.

Dictio petere denotat iudicialem interpellationem coment. 2.nu. 279 & 290.

Dilatio non intelligitur conceſſa pro debito ex ſeruitio perſonali coment. 1.nu.46.

Dilationes Tonnarie, & Cannamelarum quibus cōceduntur ſe debent adnotari in matricula M.R.C. nu. 510. & ſeq.

Dilatio an concedatur parte non petente coment. 2. nu. 92. & ſeq.

Dilatio conceſſa à Principe temporali extenditur ad debi-

debitum Iuratum nu, 189. & cur nu. 190.

Dimidij ſolidi beneficium quid ſi coment. 1. nu. 47.

Dimidij ſolidi beneficium non comprehendit debitorem ſeruitii perſonalis, nec mercedem talis ſeruitij coment. 1. nu. 49. & 50.

Diſpenſatio fit ob maius bonum coment. 1. nu. 618.

Diſpenſantur filij monialium, ut ordinentur ſi habent merita, & ſeruitia coment. 1. nu. 619.

Diſpoſitio generalis non comprehendit regulares in re ad ordinem ſpectante coment. 1. nu. 196.

Dolus dolo compenſatur coment. 2. nu. 209.

Dolum non comittit qui agit ſtatuto permittente coment. 2. nu. 211.

Doctor antiquior prefertur iuniori coment. 1. num. 306.

Limita in doctore actu legente nu. 307.

Limita ſecundo in doctore qui libros facultatis publice ediderit nu. 308. & 309.

Doctores rigoroſum examen ſubeunt coment. 1. nu. 355.

Domicilium verum ſtatim acquiritur ac quis habet voluntatem perpetuò commorandi; & transferat maiorem partem bonorum; at vero preſumptum requirit temporis intercapedinem, & quod dicatur vtrumque coment. 1. nu. 68. 69. 70. & 71.

Domicilium non acquirit ſcholaris coment. 1. nu. 72.

Domicilium quomodo acquiratur ad effectum contra-

